penitentiam. Secundo. vt mundi
perſeueremꝰ per gratiaꝫ. ibi. mū
di eſtote. Vide ti. de mundicia.

Hoc mando vobis vt diligatis
inuicem. Joh. xv. Et quia criſtus
debebat ꝓ nobis viuificādis mo=
ri. ideo de mundo receſſurus ꝛ mo
riturus in craſtino ſpecialeꝫ oſtē
dit dilectionē diſcipulis ſuis. Vn
de dicitur in euangelio. q̄ cum di
lexiſſet ſuos. in finem dilexit eos
ad ſe diligendum oſtendens hoc
in ſuo opere. ꝛ hodie ſpeciale mā
datū de dilectione dās in his ver
bis. Hoc mando vobis ꝛc̄. In qui
bus duo tangit. Primo enī ponit

dilectionis neceſſitatem. ibi. Hoc
mando. et ideo neceſſario obliga
mur. Secundo ponit precepti fa=
cilitatem. ibi. vt diligatis inuiceꝫ
hoc eſt valde facile. Vide titulo
de caritate.

Ego autē in medio veſtruꝫ ſum
ſicut qui miniſtrat. Luce. xxij. cri=
ſtus volens homies inducere ad
volutarie ſibi ſeruiendum et mini
ſtrandum. hodie voluit homini=
bus miniſtrare. Primo pedes la
uando. deinde corpus ſuum ꝛ ſan
guinem in cibum dando. et nobis
dare inſtituendo. dic hiſtoriā. Et
hoc eſt qđ dicitur in his verbis.
Ego autē ꝛc̄. In quibus tria tan
guntur. Primo xp̄i dignitas. ibi.
Ego autē. Secundo eius caritas
ibi. in medio. Tertio ipſius humi
litas. ibi. ſicut qui miniſtrat. Vi=
de titul o de miniſtrare.

In die paraſceues

Criſtus paſſus eſt pro nobis
vobis relinquens exemplum vt
ſequamini veſtigia eius. i. Petri
ij. Qđ autē criſtum debeamꝰ ſine
omni dubio ſequi tanq̄ ſecuri. qꝛ
non ducit nos niſi ad locum vti=
lem hoc manifeſtat eius caritas
que ſpecialiter oſtenditur nobis
in his verbis. Criſtus ꝛc̄. In qui=
bus oſtenditur paſſio criſti. Pri
mo quantum ad criſtum multum
precioſa. ibi. criſtus paſſus eſt.
Nō dicit ſpecialiter q̄ fuerit fla
gellatus vel crucifixus. ſed dicit
generaliter paſſus eſt. vt det no=
bis intelligere q̄ non vnam pe=
naꝫ vel duas ſuſtinuit. ſed paſſus
eſt generaliter. ſcꝫ omnem penam



quam poterant ſibi dare. nec po=
terat plura pati. Ipſe enī eſt paſ
ſus in omibus membris et parti
bus corporis. quia ſicut dicitur.
Yſaie. p̄mo. a planta pedis vſqꝫ
ad verticeꝫ non erat in eo ſanitas
Narra paſſionem quō fuit captꝰ
ꝛc̄. vſqꝫ ad mortem. Secundo pro
ponitur nobis paſſio xp̄i quātum
ad nos multum fructuoſa. ibi. ꝓ
nobis. Vide titulo de paſſione xp̄i
vel de ſequēdo deū vel ſequi.

Filius hominis venit dare ani=
mam ſuam in redemptioneꝫ pro
multis. Math. xx. Licet magnaꝫ
benignitatem et clementiā xp̄us
nobis oſtendit quādo pro nobis
incarnatus fuit. Multo maioreꝫ
oſtendit quādo tantum ſe humi=
liare voluit vt ꝓ nobis ſeipſum
traderet. vt hodie morte turpiſſi
ma moreretur. ſecūduꝫ qđ dicitur
in his verbis. Filius hominis ꝛc̄.
In quibus tria tanguntur. Pri=
mo paſſionis acerbitas. ibi. Filiꝰ
hominis. id eſt filius virginis. Et
ideo qꝛ fuit filius virginis. et ope
re ſpūſſancti formatū corpus eiꝰ
erat optime complexionatus. et
ideo penas plus ſentiebat q̄ ali
quis alius homo. Vnde ſi xp̄s mi
nores penas q̄ alius homo ſuſti
nuiſſet. adhuc paſſio ſua propter
iſtam rationeꝫ fuiſſet acerbiſſima
Quāto autē plus qui tot penas
ſuſtinuit. vt pote qui ligatus / con
ſputus ꝛc̄. Suſtinuit etiam mul=
tas penas in corde. vt de fuga di=
ſcipuloꝝ et ſpecialiter de afflicti
one matris ſue. que eum pati vi=
debat. et plus ex hoc paciebatur

q̄ ſi ipſa in ſuo corpore penas ſu
ſtinuiſſet. Secundo ponitur dile=
ctionis immenſitas. qꝛ venit da=
re animam ſuam pro multis. Ma
iorem dilectionē nemo habet vt
animā ſuam ponat quis pro ami
cis ſuis. Joh. xv. Tertio magna
noſtra vtilitas. quia per eius paſ
ſionem ſumus redempti a captiui
tate diaboli. ibi. pro multis. Vi=
de titulo de venire.

O vos omēs qui tranſitis per
viam attendite et videte ſi eſt do
lor ſimil' ſicut dolor meꝰ. Thren.
p̄mo. Vide titulo de dolore.

Sabbato ſancto

Nolite timere ſcio enī ꝛc̄. Ma
thei. xxviij. Vide ti. de timore.

In die ſancto paſce de
epiſtola.

Expurgate vetus fermentum
i. Coꝝ. v. Vide ti. de munditia.

De euangelio

Surrexit non eſt hic. Marci.
xvi. Vide ti. de reſurrectione.

Extra epiſtolaꝫ et euangeliū

Hec eſt dies quam fecit domi
nus exultemus et letemur in ea.
Vide titulo de gaudio.

Si confitearis dominū noſtruꝫ
ihm xp̄m i ore tuo. et in corde tuo
credideris q̄ deꝰ illum a mortuis
ſuſcitauit ſaluus eris. Roma. x.
Ad iſtum ſtatum peruenimus per
fidem reſurrectionis criſti que eſt
cauſa noſtre ſalutis. ſicut dicitur
in his verbis. Si confitearis. In
quibus tria facit. Primo q̄ ad ſa
lutem noſtram conſequendam ne
ceſſaria eſt nobis fides reſurrecti
onis criſti quantum ad vocalem

confeſſionem. ibi. Si confitearis Secundo ꝙtum ad aſſenſum mentalez. ibi. et in corde ꝛc. Tertio ꝙ ex hoc conſequimur ſalutem finalem. ibi. ſaluus eris. Vide titulo de confeſſione.

Regenerauit nos in ſpem viuā per reſurrectionē ihū xp̄i ex mortuis. i. Petri. p̄mo. Illā autē ſpez non habebant homies antiquit9 ante xp̄i aduentuz. q2 clauſa erat ianua celi. Iſtam pdiderant apoſtoli in die mortis xp̄i. Sed in die reſurrectionis eſt totuz humanū genus ad iſtam ſpem reductuz. ſicut dicit̄ in his verbis. Regenerauit ꝛc. In quibus duo oſtendūtur. Primo oſtenditur firme ſpei p criſtum innouatio. ibi. Regenerauit ꝛc. Secundo ipſius innouationis ſpecialis cauſa et ratio. ibi p reſurrectionē. Vide ti. de ſpe.

Feria ſecūda de euangelio

Nos ſperabamus ꝙ ipſe eſſet redēpturus iſrael. Luce. xxiiij. Hec autē ſpes nō debet firmari in meritis veſtris. ſed in xp̄o ſecunduz qđ dixerūt iſti diſcipuli. Nos ꝛc. vbi tria oſtenduntur. Primo diſcipulorum ex morte criſti ſcandalū quia ipſi deſperauerunt ꝙ ipſe eſſet redemptor. ibi. Nos ſperabam9. Secūdo qđ ē ſūma volūtatis malitia. et ideo increduli dicunt̄ tardi corde. Tertio ponitur credulitatis efficacia probationis. ibi. In omnibus. Vide titulo de ſpe.

Nōne ſic oportuit pati xp̄m. et ita intrare in gloriam ſuam. Luc̄. xxiiij. Vide titulo de acquirere vel quomō acquiritur regnum dei.

Feria tertia de euangelio

Stetit ihesus in medio eorum et dixit. Pax vobis. Luce. xxiiij. Vide titulo de pace.

Illis non credentibus et mirātibus pre gaudio. dixit ihūs. Habetis hic aliquid qđ manducetur Luce. xxxiiij. Sed ad credendum in criſtuz venerunt homines propter miracula que ipſe faciebat ex quibus ꝓbabatur ꝙ ipſe erat deus. ſed cum vidiſſent eum mori et pati multa. que videbantur hominis eſſe miſeri et impotentis. ideo totam fidem quaz habebant in ipſō totaliter perdiderunt. Et ideo apoſtoli i reſurrectione. quādo iterum eum viderunt in ipſum non crediderunt. licet ꝓpter dilectionem de eius preſentia gauderent. ſecundum qđ dicitur in his verbis. Illis non credentibus ꝛc vbi tria tanguntur. Primo diſcipulorum criſti in fide dubitatio. ibi. illis ꝛc. Secundo eorum gaudium et exultatio de criſti viſione. ibi. et mirantibus. Tertio ſufficiens probatio veritatis reſurrectionis. criſti. ibi. habetis. Vide titulo de gaudio.

Feria quarta de epiſtola

Penitemini et conuertimini vt deleantur peccata veſtra. Actuū. iij. Vide titulo de penitentia et velocitate conuerſionis.

De euangelio

Venite et prandete. Joh. xxi. Vide titulo de ambulatione.

Feria quinta de euangelio

Mulier quid ploras. Joh. xx. Vide titulo de lacrimis.

Quem queris. Joh. xx. Vide titulo de querendo deum.

Feria ſexta

Criſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. i. Petri. ij. Vide titulo de paſſione.

De euangelio

Videntes eum adorauerunt. Math. xxviij. Vide ti. de oratione

Sabbato

Omnis qui credit in eum non confundetur. i. Petri. ij. Vide titulo de fide.

Superedificami domus ſpūales. i. Petri. ij. Vide titulo de domo.

In octaua paſce de epiſtola

Omne qđ natū eſt ex deo vincit mundum. i. Joh. v. Vide titulo de mundo.

Hec eſt victoria que vincit mūdum fides veſtra. i. Joh. v. Quia per eaz homo p̄ualet contra mūdum ne inclinetur ad peccatum. ſecundum qđ dicitur. Hec eſt ꝛc. vbi tria tanguntur. Primo ponit̄ vnū quo omnes optam9 vincere ibi. hec eſt ꝛc. Secundo inimicus contra quē oīs pugnamus. ibi. mundū. Tertio arma p que ſupamus. ibi. fides. Vide ti. de fide.

Hic eſt qui venit per aquā et ſanguinē ihūs xp̄s. i. Joh. v. Qđ fecit ſpecialiter in ſua paſſione ſicut dicitur in his verbis. Hic venit ꝛc. In quib9 tria tanguntur. Primo criſti clemētia ſingularis ibi. hic eſt qui venit ꝛc. Secundo noſtre miſerie releuatio ſpūalis ibi. per aquā. id eſt per baptiſmū et ſanguinē. id eſt paſſionē p quā virtutez et efficaciaz habet aqua baptiſmi. Tertio ex xp̄i aduentu effectus ſalutaris. ſcz ſaluatio noſtra. ibi. ihūs xp̄us. Vide titulo de venire.

De euagelio

Pax vobis. Joh. xx. Vide titulo de pace.

Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o. Joh. xx. Criſtus eſt cauſa omnis boni. ideo apoſtoli gauiſi ſunt eo viſo. vt dicitur in his verbis. Gauiſi. In quibus tria tanguntur. Primo gaudij perfectio. ibi. Gauiſi ſunt. Secundo gaudentiuz cōditio. ibi. diſcipuli. Quicūqz vult xp̄m videre oportet ꝙ ſit ipſius diſcipul9. Tertio gaudij ratio. ibi. viſo domino. Vide ti. de gaudio.

Quia vidiſti me thoma credidiſti. beati qui non viderunt et crediderunt. Joh. xx. Vide titulo de videndo deum.

Beati qui non viderunt et crediderunt. Joh. xx. In his verbis duo tanguntur. Primo credentiū premium. ibi. beati. Secundo credendi modus. ibi. qui non viderūt quia fides non eſt eorum que videntur. ſed eſt credere que non vides ſecundum auguſtinuz. Vide titulo de fide.

Dominica prima poſt octauas paſce de officio miſſe.

Miſericordia dn̄i plena eſt terra. Miſericordiā dn̄i de facili poteſt homo inuenire. q2 magna de

ea inuenitur copia. ſecūdum qđ dicitur in his verbis. Miſericor=dia. In quibus tria tanguntur. Primo oſtendit ꝙ miſericordia eſt quoddam valde delectabile. quia miſericordia ē releuatio oīs miſerie. Secundo. qꝛ eſt quoddaꝫ valde vtile. qꝛ dn̄i cum quo contē dere eſt valde periculoſum. Ter=tio. quia ipſam inuenire eſt valde facile. quia plena eſt terra.

De epiſtola

Criſtus paſſus eſt ꝓ nobis. i. Petri. ij. Vide ti. de paſſione.

Vt ſequamini veſtigia eius qui peccatū non fecit. i. Petri. ij. Ipſe eni ē paſtor noſter ſicut dicit ipſe dn̄s per ſe in euangelio hodierno Et quia oues debent ſequi paſto rem ſuū. ideo ad ipſum ſequendū hortatur nos apoſtolꝰ petrus in his verbis. Sequamini. In quibꝫ duo facit. Primo hortaꝫ nos ad deum ſequendum. ibi ſequamini Secundo ponit ſequendi viam et modum. ibi. qui peccatum non fe cit. quaſi dicat. Ita ſequamini et vos vt non faciatis peccatuꝫ. Vi de titulo de ſequendo deum.

Dominica ſecunda poſt octauas paſce.

Obſecro vos tanꝙ aduenas ⁊ peregrinos abſtinere vos a car=nalibus deſiderijs. i. Petri. ij. Vi=de titulo de fide et de abſtinentia

Sicut ſerui dei oīs honorate fraternitatem diligite. i. Petri. ij Hortatur nos beatus petrus his verbis. Sicut ſerui ⁊c. vt ſicut ſer ui dei nos habeamus. In quibus duo facit. Primo hortaꝫ nos ad deo ſeruienduꝫ. ibi. ſicut ⁊c. Secū=do ponit ſerui ei dei modū. ibi. oīs ⁊c. Vide titulo de ſeruicio dei.

Fraternitatem diligite. deū ti mete. regeꝫ honorificate. i. Petri ij. Ad diligendum hortatur nos beatus petrus his verbis. In qui bus tria facit. Primo oſtendit q̄ lis debet eſſe dilectio noſtra ad ꝓ ximum. qꝛ ꝓximuꝫ dilige ſicut te=ipſum. Secundo quātū ad creato rem quia cum timore deum time Tertio quantum ad hominem ſu periorem. quia regem honorifica te. Vide titulo de caritate.

De euangelio

Plorabitis ⁊ flebitis vos. Joh. xvi. Vide titulo de lacrimis.

Mundus gaudebit vos autē contriſtabimini. ſed triſticia veſtra vertetur in gau̇ iū. Joh. xvi Sed econuerſo peccatores gaudent in terris. Ho uꝫ autē differentia po nitur in his verbis. Mundꝰ ⁊c. In quibus duo oſtenduntur. Pri mo quomō ſit diuerſus ſtatꝰ ſan ctorum et peccatorum in hoc mū do. ibi. Mundus. id eſt homines mūdani gaudebunt. Secundo ſan ctoruꝫ felix cōmutatio in futuro ibi. ſed triſticia veſtra ⁊c. Vide titulo de gaudio vel gaudere.

Dn̄ica tertia de officio

Cantate domino canticum no uuꝫ. quia mirabilia fecit. Vide ti tulo de mirabilibus.

De epiſtola

In manſuetudine ſuſcipite in=ſitum verbum qđ poteſt ſaluare aīas veſtras. Jacobi. pmo. Ad iſtum ſtatum puenerit homo au



diendo verbum dei et ponendo in opere. et ideo ad verbuꝫ dei ſuſci piendum hortatur nos iacobus in his verbis. In manſuetudine. In quibus tria facit. Primo eni mo net nos ad verbum dei quiete au diendū. ibi. In manſuetudine. Se cundo ad bene retinenduꝫ. ibi. inſi tum verbum. id eſt ita recipite vt cordi veſtro inſeratur. ſic vt nūꝙ exeat a memoria veſtra. Tertio ponit ipſius verbi fructuꝫ. ibi. qđ poteſt ⁊c. Vide titulo de ſaluare.

De euangelio

Cum venerit paraclitus ar=guet munduꝫ de peccato. et de iu ſticia et de iudicio. Joh. xvi. Vide titulo de peccato vel de iuſticia. vel de iudicio.

Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Joh. xvi. Veritas per quam vadimus ad paradiſum eſt veritas fidei quaꝫ ſpiritusſanctus oſtendit. ſicut di=citur in his verbis. Spiritus ⁊c. Vbi tria tanguntur Primo oſtē ditur ꝙ ſpiritusſanctꝰ habet ple nam veritatis noticiaꝫ. cum dicit ſpiritus veritatis. Secundo ꝙ ha bet perfectam docendi peritiam ibi. docebit. Tertio ꝙ ſua doctri na habet magnam efficatiam. qꝛ omnem veritatem. Et ex his omi bus oſtenditur ꝙ ipſe eſt verus deus. Vide titulo ſpiritus.

Dn̄ica quarta de euangelio

Petite et accipietis vt gaudi=um veſtrum plenum ſit. Joh. xvi Iſtud gaudium ſolum eſt a deo et āmonet nos criſtus vt a deo pe tamus. in his verbis. Petite. In quibus tria facit. Primo monet nos vt ad deum noſtrum petitio nes noſtras dirigamus. ibi. peti=te. Secundo ꝙ obtinendi fiduciā habeamꝰ. ibi. ⁊ accipietis. Tertio certificat quid petere debeamus ibi. vt gaudium veſtrum ⁊c. Vi=de titulo de gaudio.

Pater amat vos. quia vos me amaſtis. et credidiſtis quia a deo exiui. Joh. xvi. vbi duo tangūtur Primo dei erga nos pia dilectio. ibi. pater. Secūdo dilectionis dei cauſa et ratio. ibi. quia vos me. et ponitur duplex cauſa vna ex par te voluntatis. ibi. quia vos. Secū da ex pte intellectus. ibi. ⁊ credi diſtis. Ad primum peruenitur p ſecundum. quia qui vere credit in criſtum. criſtum amat. Vide titu lo de amore dei vel de caritate.

Feria ſecunda rogationum

Orate pro inuicem vt ſaluemi ni. Jacobi. v. Illud ſuper omnia eſt petendum a deo. vt dicitur in his verbis. Orate ⁊c. In quibus tria oſtēdūtur. Primo hortamur ad orationeꝫ. ibi. Orate. Secundo ad mutuam orando ſubuentioneꝫ ibi. ꝓ inuicem. non ſoluꝫ quilibet p ſe ſed vnus ꝓ alio oret. Tertio ponit orationis fineꝫ. ibi. vt ſalue mini. Vide titulo de oratione et de ſaluare.

De euangelio

Pater veſter dabit bonuꝫ ſpi ritum de celo petentibus ſe. Lu=ce. xi. Spiritusſanctuꝫ dat deus di gne petētibꝫ ſe. vt dicitur in his verbis vbi tria tanguntur. Primo in deo dāte liberalitas. ibi. pater.

Secundo in dono preciositas·ibi· ſpūm bonum· Tertio in recipiente ad obtinendū facilitas·ibi·petentibꝫ ſe· Vide titulo de ſpiritu·

In vigilia aſcenſionis domini de epiſtola·

Occurramus oēs in vnitate fidei ꝛ agnitionis filij dei· Eph·iiij· Hortatur nos apoſtolus his verbis ad tria· Primo ad fidem recipiendā·ibi·occurram9·qꝛ de9 venit in hominē p fidem· Secundo ad eam vniformiter tenendā·ibi· oēs ꝛc· Tertio ad recte eā cognoſcendam·ibi·agnitionis· Vide titulo de vnitate·

In die aſcēſionis de euangelio

Exprobrauit incredulitatē eoꝝ et duritiā cordis· Marci vltimo Vide titulo de duritia cordis·

Qui crediderit et baptizatus fuerit ſaluus erit· Marci·xvi· Unde ſicut xp̄s hodierna die aſcendendo in celū apuit nobis ianuā celi ſic docuit modū p quē nos illuc veniem9·qui tangitur in his verbis·Qui crediderit ꝛc·vbi tria tāguntur·Primo que ſit via padiſi ibi·Qui crediderit· Secundo que ſit ianua celi fidei qui crediderit· ibi·et baptizatus· Tertio qđ ſit p̄mium fidelis·ibi·ſaluus erit· Vide titulo de credere·

Extra epiſtolā et euangeliū

Exaltare dn̄e in virtute tua·ps· xx· Vide titulo de exaltatione·

Quis aſcendet in montē dn̄i ꝛc· innocens manibꝫ ꝛ mundo corde ps·xxiij· Vide tulo de innocentia et mundicia·

Gloria magna eſt ſequi dn̄m· Eccl·xxiij· In locū paradiſi xp̄s hodie intrauit aſcēdēdo in celū ꝛ illi9 ianuā nobis apuit·et ſi bene volum9 eū ſequi ad locū illū puenem9 quē ip̄e hodie intrauit et cū eo eternā gloriā habebim9·ſicut dicit̄ i his verbis· vbi duo tāgunt̄· Primo oſtendit̄ quanta ſit iuſtoꝝ gloria quā xp̄s hodie inchoauit homibꝫ dare·ibi· gloria magna· Secundo que ſit via per quam homo ad ipſam peruenire poteſt·ibi·ſequi dominum· Vide titulo de gloria·

Dominica infra octauas aſcenſionis de epiſtola·

Ante omia mutuam in vobiſmetipſis caritatem continuā habentes·i·Petri·iiij· Hortatur nos beatus petrus vt caritatē ſuper omnia habeamus dicens· Ante oia ꝛc·vbi tria facit· Primo monet nos ad exhibendam dilectionem que eſt in affectu cordis·ibi Ante oia· Secundo que ſit eius efficatia·quia facit mutuo diligere·ibi·mutuam· Tertio oſtendit ꝙ in caritate neceſſaria eſt perſeuerantia·ibi·caritatem ꝛc· Vide titulo de caritate·

Vnuſquiſq̄ ꝓut accepit gratiam in alterutrū miniſtrantes·i· Petri·iiij· Vide titulo de gratia·

Si quis miniſtrat tanꝙ ex virtute quam miniſtrat deus·i·Petri·iiij· Modum adminiſtrandi oſtendit nobis beatus petrus dicens· Si quis ꝛc· vbi tria facit· Primo ponit caritatē bene miniſtratiū·ibi·Si qs ꝛc·Secūdo bene miſtrādi modū·ibi·tāꝙ ex vtute·



Tertio oſtendit quid eſt ipſius modi principium·ibi·quā adminiſtrat deus· Vide ti·de miniſtrare·

De euangelio

Cum venerit paraclitus ꝛc· q̇ interpretatur cōſolator· Joh·xv· Vide titulo de conſolatione·

Spiritus veritatis qui a patre pcedit· ille teſtimoniū phibebit de me· Joh·xv· Sp̄ſanct9 cōfirmat nos in fide teſtificando conſciētijs noſtris de xp̄o ꝙ ipſe eſt verus dei fili9·ſicut dicitur in his verbis· Sp̄s ꝛc· In quibus tria tanguntur· Primo cauſa quare ē credendū ſibi· qꝛ ipſa veritas eſt teſtis·ibi· Sp̄s veritatis· Secūdo eiuſdē dignitas·ibi·qui a patre· Tertio teſtimonij ei9 tangit̄ vtilitas·ibi ille teſtimonium ꝛc· Vide titulo de ſpiritu·

In die pentecoſtes de epiſtola

Repleti ſunt omēs ſp̄ſancto· Actuū·ij· Vide ti·de repletione·

De euangelio

Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit· Joh·xiiij· Quia ſp̄ſanctus dicitur amor et caritas eſſe qui hodie apoſtolis datus eſt qui facit vt hō ſeruet mandata dei· Ideo oſtendit xp̄s ꝙ ſit ſignū p qđ hō poteſt cognoſcere vtrum habeat in ſe ſp̄mſanctū et per conſequēs caritatē in his verbis Si quis ꝛc· In quibus duo facit· Primo oſtenditur diligentiū deū caritas ꝛ amor·ibi·Si quis ꝛc·Secundo oſtendit̄ dilectionis ſignū et pbabilitas·ibi· ſermonē meū vide ti·de amore dei et de caritate

Feria ſecūda de epiſtola

In nationes gratia ſp̄ſancti effuſa eſt· Actuū·x· Illam gratiam dei hodie ſp̄ualiter homies receperunt·qꝛ ſp̄ſanct9 qui eſt amor ꝛ gratia in diſcipulos venit ſecundū qđ dicitur in his verbis In nationes· In quibꝫ ponit̄ triplex effect9 quē ſp̄ſanct9 operatur in nobis· Prim9 eſt vnitas et concordia reſpectu ꝓximi· Secūd9 ē caritas ꝛ gratia reſpectu dei· Tertius ſanitas et vita reſpectu ſui· Et ideo dicitur ſp̄s qui viuificat· Vide titulo de gratia·

De euangelio

Non miſit deus filiū ſuū in mūdum vt mundū iudicet ſed vt ſaluetur mundus p ipſum· Joh·iii· Ad ſaluādū autē nos miſſus eſt fili9 dei in mundū vt dicitur in his verbis·Non ꝛc· In quibꝫ tria tāgunt̄· Primo dei patris erga nos immenſa caritas·qꝛ miſit filiū ſuū Secundo ipſius mira benignitas qꝛ nō miſit eū vt iudicet mundū condēnando ip̄m· Tertio eiuſdem magna poteſtas·ibi·ſed vt ſaluetur ꝛc· Vide titulo de ſaluare·

Venit lux in mundū et dilexerunt homies magis tenebras ꝙ̄ lucem· Vide titulo de lumine·

Feria tertia de euangelio·

Oues ſequūtur illū·quia ſciūt vocem eius· Joh·x· Vide titulo de ſequendo deum·

Ego veni vt vitam habeant· Joh·x·vbi tria tanguntur· Primo venientis dignitas·ibi· Ego veni·ſcꝫ q̇ ſū dei fili9 ꝛ verus de9·

Secundo eiuſdem benignitas·ibi
veni· Tertio noſtra vtilitas·ibi·
vt vitam habeant :

Feria quarta de ꝓphetia

In ſimplicitate cordis queri-
te illum·Sapientie·p̄mo·Vide ti
tulo de querendo deum.

De euangelio

Ego ſum panis viuus qui de
celo deſcendi·Joh·vi·Vide titu-
lo de verbo dei·

Feria quinta de epiſtola

Factum eſt gaudium magnū
in illa ciuitate·Actuū·viij·Vide
titulo de gaudio·

De euangelio

Miſit illos predicare regnum
dei et ſanare infirmos·Luce·ix·
Vide titulo de infirmitate·

Feria ſexta de epiſtola

Quem deus ſuſcitauit ſolutis
doloribus inferni·Actuū·ij·Vi
de titulo de dolore vel inferno·

De euangelio

Tolle lectū tuū ꝛ vade i domū
tuā.Luce·v·Vide ti.de domo.

Sabbato

Caritas dei diffuſſa eſt in cor-
dibꝰ noſtris p ſpūmſanctū qui da
tus eſt nobis·Roma·v·Vide titu
lo de caritate.

De euangelio

Ille ſingulis manus imponēs
curauit eos·Luce·iiij·Vide titulo
de infirmitate·

In feſto trinitatis de officio

Bendicamus patrem et filiuz
cum ſancto ſpiritu· Vide titulo
quare benedicendus eſt deus·

De epiſtola

Gaudete·perfecti eſtote·ex-
hortamini inuicem·id eſt ſapite
ij·Cor·xiij·Ad gaudium hortat̃
nos apoſtolus in his verbsi·vbi
tria facit· Primo monet nos vt
gaudium et leticiam habeamus
ibi·gaudete·Secūdo vt trinitatis
fidem recipiamꝰ·ibi·exhortamini
id eſt ad exhortationē ſuā doctri
nam recipite·Tertio vt in trinita
te ꝑſonarū vnitatē eſſentie tenea
mus·ibi·idem ſapite·Vide titulo
de gaudio.

Gratia dñi noſtri ihū xp̄i et ca
ritas dei et cōmunicatio ſancti ſpi
ritus ſit cū omibꝰ nobis amen.ij·
Cor·xiij·Omis gratia eſt a trini
tate·ideo orat apoſtolꝰ ꝓ nobis
vt trinitas ſit nobiſcū dicēs·Grā
ꝛc̃·vbi duo tanguntur·Primo po
nitur trinitatis cōfeſſio·ibi·Gra-
tia ꝛc̃·Secundo implorat̃ eiuſdez
p gratiā inhabitatio·ibi·ſit cum
oibꝰ·Primo ponit̃ ꝑſona filij dei·
qꝛ magis nota·ibi·gratia·Secun
do ꝑſona dei patris·ibi.et caritas
dei. Tertio ꝑſona ſpūſſancti·ibi·
et cōmunicatio· Vide titulo de
gratia et caritate·

De euangelio

Si terrena dixi vobis ꝛ nō cre
ditis·quō ſi dixero vobis celeſtia
credetis·Joh·iij·Ille credit i cri-
ſto qui credit vere ea que ipe de-
dit nobis credenda.inter que pci
puū eſt miſteriū trinitatis ad qd
credendū erant iudei increduli·vt
dicitur in his verbis·Si terrena
ꝛc̃·In qbꝰ duo tangunt̃·Primo
eni redarguūtur iudei·qꝛ non cre
dunt ea que ptinent ad criſti hu-
manitatem ·ibi·Si terrena ꝛc̃·

Themata de tempore

Secundo·qꝛ non credunt ea que
pertinent ad trinitatem·ibi·quō
ſi dixero ꝛc̃·Sicut eni non credūt
criſtum eſſe deuz·ita nec deum eſ
ſe trinum·Vide titulo de credere·

Dominica prima poſt trini
tatem de epiſtola·

Deus caritas eſt ꝛ qui manet
in caritate in deo manet et deus
in eo·i·Joh·iiij·Iſtam cōiunctio
nem fieri per caritatem oſtendit
beatus iohānes dicens·Deus ꝛc̃
vbi tria tangunt̃ de caritate·Pri
mo ꝙ eſt in criſto excellentiſſima
quia deus caritas eſt·Secundo ꝙ
ipſam habere eſt valde neceſſā-
rium.qꝛ per eam homo ſtat·ibi·
qui manet·Tertio ꝙ ipſa ē quid
vtiliſſimū·ibi·in deo manet·Vide
titulo de caritate.

Si deus dilexit nos·et nos de-
bemus alterutrū diligere·i·Joh·
iiij·Vide titulo de amore ꝓximi·

Pater miſit filiuz ſuum ſalua
torem mundi·i·Joh·iiij·Ad iſtuz
ſtatum peruenimus per aduentū
xp̄i in mundum·vt dicitur in his
verbis·Pater miſit ꝛc̃·In quibꝰ
tria tangūtur·Primo patris mit
tentis benignitas·ibi·Pater·Se
cundo criſti miſſi dignitas·quia
filium ſuuz·Tertio noſtra ad qs
eſt miſſus vtilitas·qꝛ ſaluatorem
mundi·Vide titulo de ſaluare·

De euangelio

Homo quidam erat diues qui
induebatur purpura et byſſo·Lu
ce·xvi·Vide titulo de diuitijs·

Si moyſen et ꝓphetas non au-
diunt neqȝ ſi quis ex mortuis re-
ſurrexerit credent·Luce·xvi Ad
credendum in criſtum non ſolum
inducimur per ipſius et ſanctoꝝ
apoſtolorū predicationes que ma
xime confirmātur per criſti reſur
rectionem·ſed etiam per teſtimo
nia ꝓphetaꝝ que omia de criſto
credūtur que ꝓphetauerant diu
ante·Et ſicut iudei non fuerūt cre
dentes dictis ꝓphetarum·ita nō
credunt euangelio criſti·ſicut di-
citur in his verbis·Si moyſen ꝛc̃
In quibus tangitur iudeorum du
plex duricia·Primo qꝛ noluerunt
credere in xp̄m ꝓpter ꝓphetaruz
teſtimonia·ibi·Si moyſen·Secū-
do ꝙ nec propter opera mirabi-
lia·ibi·neqȝ ſi quis ꝛc̃·Reſurgere
enim a morte non potuiſſet ꝓpria
virtute niſi fuiſſet deus·Vide titu
lo de credere.

Dñica ſecunda de epiſtola

Nos ſcimus quoniaȝ tranſlati
ſumus de morte ad vitam quoniā
diligimus fratres·i·Joh·iij·In
quibus verbis tria tanguntur·
Primo ſtatus noſter valde pe-
riculoſus reſpectu celeſtis·ibi·de
morte·Secūdo ſtatus ſecurus·ibi
ad vitaȝ.Tertio cauſa ſecuritatis
ibi·qm̄ diligimꝰ fratres·Vide ti·
de amore ꝓximi vel de caritate.

De euangelio

Homo quidā fecit cenā magnā
et vocauit multos·Luc·xiiij·Vo
cat nos xp̄s ad cenā magnā his
vbis·In quibꝰ iſta cena nobiliſ-
ſima oſtēdit̃ ꝓpt̃ tria·Primo pro
pter inuitātis dignitatē·ibi·Hō
qdā ſpeal' et ſingularis ſup alios
ſcȝ xp̄s·Secūdo ꝓpt̃ cōuiuij ſolē-
nitatem·ibi·cenā magnā·Tertio

ꝓpter inuitatoꝝ ſocietatem·ibi·
et vocauit multos. Vide titulo
de vocatione.

Ait ſeruus dñe factum eſt qđ
imperaſti·Luce·xiiij·Criſt9 in ſer
uis ſuis requirit ſpecialiter ꝓm-
tam obedientiam·et ideo ſi volu-
mus eſſe ipſius ſerui· ſimus eius
preceptis obediētes· ſicut de iſto
ſeruo dicitur in his verbis. Ait
⁊c̄· In quibus tria tanguntur ad
cōmēdationē ſerui que nobis etiā
neceſſaria ſunt ſi volum9 eſſe bo
ni ſerui·Primo eni tangitur ipſi9
prudentia·q: dño reddit rationez
de his que fecit·ibi·Ait ſeruus·
Secundo eius ad dñm reuerentia
qꝛ illuz dñm eſſe recognoſcit· ibi
domine. Tertio ꝓmptaz obediē-
ciaz ipſius·qꝛ mandata impleuit
ibi·factum eſt ⁊c̄· Vide titulo de
ſeruitio dei.

Dñica tertia de officio

Reſpice in me et miſerere mei
Vide titulo de aſpectu dei.

De epiſtola

Humiliami ſub potenti manu
dei vt vos exaltet in tempore vi-
ſitationis·i· Petri·v· Vide titulo
de exaltatione.

Aduerſarius veſter tanꝗ leo
rugiens circuit querēs quez deuo
ret. cui reſiſtite fortes in fide.i.
Petri·v· Et ideo inimicus noſter
diabolus ſup omia fidē noſtram
conatur auferre cui debemus reſi
ſtere· ſicut beatus petrus in ver-
bis ꝓpoſitis nos hortatur dicens
Aduerſarius· In quibus verbis
tria facit. Primo oſtendit inimici
ſeuiciam·vt melius ab eo cauea-
mus·ibi·Aduerſarius· Secundo
excutit noſtram pigriciaz monēs
vt ei reſiſtamus·ibi· cui reſiſtite.
Tertio ponit victoriaz quā inten
dam9 que eſt vt non poſſit nobis
auferre fidem·ſed ſemꝑ remanea
mus fortes in fide·ibi·Fortes ⁊c̄.
Vide titulo de fide.

Deus ois gratie vocauit nos
in eternaz ſuaz gloriaz in xp̄o ihu
modicum paſſos·i·Petri·v· Iſtā
gratiam dat deus vt per eam pro
pter bona opera que in preſenti
facimus mercedē vite eterne reci
piamus. ſecundum qđ dicitur in
his verbis·Deus.vbi tria tangū
tur. Primo dei dignitas·quia eſt
principium gratie·ibi·deus omis
gratie· Secundo eiuſdem ad nos
caritas·qꝛ vocauit· Tertio ipſius
benignitas·qꝛ non ex noſtris me-
ritis·quia modicum paſſos· Vide
titulo de gratia vel de vocatione.

De euangelio

Gaudium eſt angelis in celo
ſuper vno peccatore penitentiaz
agente· Luce·xv· Quia peccator
quādo ad dominum conuertitur
eſt in via ad lucrandum gaudiuz
paradiſi. Ideo ſancti qui in celo
ſunt ꝓpter dilectionem quam ad
nos habent de hoc plurimū gau-
dent·ſecundū qđ dicit̄ in his ver-
bis·Gaudiū eſt· In quibꝫ tria tā
gunt̄·Primo ſanctoꝝ gloria·ibi·
Gaudiū·i·gloria. Secūdo gaudij
eoꝝ materia·ibi·ſuꝑ vno ⁊c̄· Ter
tio eiuſdē gaudij cauſa·ibi·peni-
tentiam. Vide titulo de gaudio
et de penitentia.

Dñica quarta de epiſtola

Exiſtimo ꝙ nō ſunt condigne
paſſiones huius temporis ad fu-
turam gloriam. Roma.viij. Vide
titulo de vita eterna.

Subiecit creaturaz in ſpe·Ro·
viij· Spe remunerationis hoies
deo ſeruiunt. et ſunt obedientes
Secundū qđ dicitur ī his verbis
Subiecit·vbi tria tanguntur. Pri
mo dei dignitas·qꝛ oia ſunt ei ſub
iecta. Secundo eius poteſtas·qꝛ
oia ſunt ab eo de nouo facta·ibi·
creaturā· Tertio eius benignitas
qꝛ ſpem dedit de eterna vita·ibi·
in ſpe· Vide titulo de ſpe.

Noſipſi primitias ſpūs haben
tes et ipſi intra nos gemim9 ad-
optionē filioꝝ dei expectantes re
dēptionez corporis noſtri·Roma·
viij. Modū autē ꝑ quē operatur
ſpūſſanct9 in nobis oſtendit apo
ſtol9 in his verbis· Noſipſi ꝓmi
tias· id eſt ꝓmos fructus ⁊c̄· In
quibꝫ tria ponit que facit ſpūſ-
ſanct9 in nobis·Primū eſt ꝙ cō
tritionē de peccatis dat·ibi· Noſ
ipſi. Secūdo ꝙ in gratia dei cōſer
uat·ibi·adoptionez· Tertio ꝙ in
ſpe future glorie cōfirmat·ibi· ex
pectantes· Vide titulo de ſpiritu.

De euangelio

Eſtote miſericordes ſicut et
pater veſter miſericors eſt·Luē·
vi· Vide titulo de miſericordia.

Pater veſter miſericors eſt.
Luce·vi· Iſtam autē miſericor-
diaz habere poſſum9 de facili.qꝛ
deus multū eſt miſericors·ſicut di
citur in his verbis·Pater veſter
⁊c̄·vbi tria tanguntur·Primo dei
poteſtas·qꝛ pater. et hoc ꝑ crea
tionem. Secundo eius caritas. ibi
veſter et hoc per redemptionem
Tertio eiuſdez pietas·ibi·miſeri-
cors·et hoc ꝑ miſerie releuatio-
nem· Vide titulo de miſericordia.

Nolite iudicare et non iudica-
bimini·Luce·vi· Vide titulo de iu
dicio temerario.

Dñica quinta de epiſtola

In fide autē oms vnanimes·i·
Petri·iij· Vide titulo de vnitate.

Eſtote miſericordes modeſti ⁊
humiles·i·Petri·iij· Moduz per
quez de facili poſſumus inclinare
deū ad miſericordiā· oſtendit bea
tus petrus in his verbis·Eſtote
In quibus tria facit·Primo hor
tatur nos vt ſimus pij inferioribꝫ
ibi·Eſtote. Secūdo vt ſim9 paci
fici equalibꝫ·ibi·modeſti·Tertio
vt ſubiecti ſim9 ſuꝑioribꝫ·ibi· et
humiles· Vide ti·de miſericordia

In hoc vocati eſtis vt heredi
tate benedictionem poſſideatis·i·
Petri·iij·Ad quid autē nos deus
vocet oſtendit beatus petrus di
cens in his verbis· In hoc ⁊c̄·vbi
tria tangunt̄·Primo vocantis dei
curialitas·ibi· In hoc ⁊c̄· Secun
do vocatiōis vtilitas·ibi·vt bene
dictionem· Tertio hereditatis ꝑ-
petuitas· Vide ti·de vocatione.

De euangelio

Relictis omnibus ſecuti eum.
Luce·v·Sic fecerunt apoſtoli vt
dicitur in his verbis·vbi duo tan
guntur· Vnum qđ eſt perfectio-
nis·ibi. Relictis ⁊c̄· Secundum
qđ eſt neceſſitatis ·ibi· et ſecuti
ſunt eum· Vide titulo de ſequen-
do deum.

Dñica ſexta de officio

Saluum fac populum tuuz domine et benedic hereditati tue ⁊ rege eos vſqꝫ in ſeculum. Iſtud orat eccl'ia i officio miſſe. vbi tria facit. Primo petit vt ſaluet. recognoſcendo eius perſonam. ibi. ſaluum. Secūdo vt benedictionē det implorando eius clementiam. ibi ⁊ benedic. Tertio vt gubernet. allegando eius ſapientiaz. ibi. et rege. Vide titulo de ſaluare.

De epiſtola

In nouitate vite ambulemus. Roma. vi. Nouam vitaz per quā ambulemus oſtendit nobis xp̄s in euangelio hodierno. Dic euāgelium. Ideo iſto modo hortat᷑ nos apoſtolus ambulare dicens In nouitate ⁊c. In quibꝰ duo facit. Primo monet nos ad ambulādum. ibi. ambulemꝰ. Secundo ponit ambulandi modū. ibi. in nouitate. id eſt in gratia que facit hominē roborari ad vitam. Vide titulo de ambulatione.

Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati vt vltra nō ſeruiamꝰ peccato. Roma. vi. Ad dei ſeruitium facti ſumꝰ apti per paſſionez et crucem xp̄i. ſecundū qđ dicitur in his verbis. Vetus homo. In quibus ponitur triplex efficacia paſſionis et crucis xp̄i. Primo qꝛ ab originali peccato qđ homies faciebant veteres nos mūdauit. ibi Vetus ⁊c. Secundo qꝛ ad actuale tollendum penitentie remediū parauit. ibi. vt deſtruatur. Tertio qꝛ nos diuino ſeruicio mācipauit ibi. vt vltra non ſeruiamus peccato ſed deo. Vide titulo de ſeruitio vel ſeruire.

De euangelio

Niſi habundauerit iuſticia veſtra pluſq̄ phariſeoꝝ et ſcribaꝝ non intrabitis in regnum celoꝝ. Math. v. Vide titulo de iuſticia vel quomodo acquiritur regnum celorum.

Dñica ſeptima de epiſtola

Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immūdicie ⁊ iniquitati ad iniquitatez. ita nunc exhibete mēbra veſtra iuſticie in ſanctificationem. Roma. vi. Vide titulo de ſeruitio dei.

Liberati a peccato ſerui autez facti deo habetis fructū veſtrum in ſanctificationē. finez vero vitā eternaz. Roma. vi. In his verbis tria facit apoſtolꝰ. Primo ponit ſtatuz boni ſerui. ibi. Liberati. Secundo ſeruitutis deo fructum in vita preſenti. ibi. habetis fructuz in ſanctificationem. id eſt ꝙ eſtis ſancti. Tertio premium et gloriā in celeſti. ibi. finem ⁊c.

De euangelio

Miſereor ſuper turbam. qꝛ ecce iam triduo ſuſtinēt me. nec habent qđ manducent. Marci. viij. In iſtis verbis tria tanguntur. Primo benigna cōpaſſio xp̄i. ibi. Miſereor. Secundo magna deuotio populi. qꝛ ecce iam ⁊c. ⁊ ad officium diuinū et predicationez audiendam conueniunt. Tertio indigentia diuini adiutori. ibi. nec habent. Vide ti. de miſericordia.

Et accipiēs ſeptē panes gratias agens fregit. Marci. viij. Vide titulo de verbo dei.

Dñica. viij. de officio

Suſcepimꝰ deus miſericordiā tuam in medio templi tui. Miſericordiam dñi merentur homies deuoti recipere et qui libenter ad eccleſiam et ad diuinū officiuz cōueniunt. ſecundum qđ dicitur in his verbis. Suſcepimus ⁊c. In q̇ duo tanguntur. Primo dei pietas ibi. Suſcepimus. Secundo ad inueniendam miſericordiā loci congruitas. ibi. in medio templi. Vide titulo de miſericordia.

De epiſtola

Non accepiſtis ſp̄ūm ſeruitutis iterū in timore. ſed accepiſtis ſp̄ūm adoptionis filioruz. Roma. viij. Quia ſp̄ūſſanctus facit hominez ſeruire deo cū amore ꝑ qđ ſeruitium homo meretur vitaz eternam. Et hoc eſt qđ dicitur in his verbis. Non accepiſtis ſp̄ūm. vt ſcꝫ ſeruiatis deo timore ſuili. ſed amore vt filij. In quibus apoſtolus duo facit. Primo excludit a ſp̄ūſancto ſeruitiū inuitū. ibi. Nō accepiſtis. Secundo attribuit ei ſeruitiū gratuitū. ibi. ſed accepiſtis. Vide titulo de ſeruitio vel de amore.

De euangelio

Non omis qui dicit michi dñe dñe intrabit in regnum celoruz. Math. vij. Vide titulo de acquirendo regnum celorum.

Dñica nona de officio

Deus in nomine tuo ſaluū me fac. Hoc petit ⁊ orat eccleſia. vbi tria facit. Primo cōfitetur dei potentiam. ibi. deus. Secundo ponit ſaluationis cauſam. ibi. in nomie tuo. id eſt ex hoc ꝙ noīamur ⁊ ſumꝰ criſtiani. Tertio petit dei miſericordiam. ibi. ſaluū me fac. Vide titulo de ſaluare

De epiſtola

Temptatio vos non apprehendat niſi humana. i. Cor. x. Vide titulo de temptatione.

Fidelis deus qui non patietur vos temptari ſuꝑ id qđ poteſtis. i. Cor. x. In his verbis duo tangunt᷑. Primo ꝙ deꝰ eſt ſicut magiſter ſapiens in fide inſtruendo. ibi. fidelis. Secūdo ꝙ eſt ſicut medicus clemens tribulationē remouendo. ibi. qui non ⁊c. Vide titulo de fidelitate.

De euangelio

Vocauit illuz et ait illi. Quid hic audio de te. Redde rationem Luc. xvi. Multi nolūt audire deū eos vocantes in vita. ſicut pater filiū. audiēt eum vocantē eos in morte ſicut iudex iratus reum. vt dicit᷑ i his verbis. vocauit. In quibꝰ tria tangunt᷑ cuilibet valde timēda. Primo horrēda vocatio que ē ꝑ mortē. ibi. vocauit ⁊c. Secūdo irata iterrogatio. ibi. ait illi Quid ⁊c. Tertio diſtricta examinatio. ibi. redde rationē ⁊c. Vide titulo de vocatione.

Filij huius ſeculi prudētiores filijs lucis i generatione ſua ſunt Luc. xvi. Vide ti. de ſapientia.

Dñica. x. de epiſtola

Diuiſiones gratiaꝝ ſunt. idez autē ſp̄ūs. i. Cor. xij. Hic oſtēdit apoſtolꝰ ꝙ ē ois gratie ꝑncipiuz

i his verbis. Diuiſiones. In qbꝫ
duo facit. Primo oſtendit ꝙ eſt
gratiaꝝ diſtinctio. ibi. diuiſiones
gratiaꝝ. Secundo ꝙ om̄s gratie
ſunt ab vno principio. ibi. Idem
aūt. Eſt eni͂ vnus modus gratie
que dicit̄ gratia gratis data. q̄a
eam deus gratis dat. ſicut eſt ſci
re bene loqui et predicare. Alius
modus gratie que dicitur gratia
gratum faciens. quia facit hoīez
ipſam habentem deo gratū. Vi
de titulo de de gratia.

Diuiſiones miniſtrationū ſūt
Idem autē dn̄s. i. Coꝝ. xij. Diuer-
ſis autē modis ⁊ diuerſis officijs
poteſt homo miniſtrare deo. ſecū
dum qđ dicitur in iſtis verbis. di
uiſiones. In quibus duo tangun
tur. Primo miniſtrationū multi-
plicitas. ibi. diuiſiones. Secundo
dn̄i vnitas. ibi. Idem autē dominꝰ
Vide titulo de miniſtrare.

De euangelio

Domus mea domꝰ orationis
vocabitur. Luce. xix. Vide titulo
de domo.

Dn̄ica. xi. de epiſtola

Accepiſtis euangeliū in quo
et ſtatis p qđ et ſaluami. i. Coꝝ.
xv. Ad iſtū ſtatū ꝑuenit hō p do
ctrinā xp̄i. ſicut dicit̄ i his verbis
Accepiſtis. In quibꝫ tria tangū
tur de viro iuſto. Primo ꝙ doctri
naꝫ xp̄i recipit credendo. ibi. acce
piſtis. Secūdo ꝙ eā recipit in ea
perſeuerando. ibi. in quo ⁊c̄. Ter
tio ꝙ ad gloriaꝫ ꝑuenit. ſalutem
eternā obtinendo. ibi. p qđ ⁊ ſal
uamini. Vide titulo de ſaluare.

Si tenetis niſi fruſtra credidi
ſtis. i. Coꝝ. xv. Item ad creden-
dum neceſſaria eſt pſeuerātia. ſe-
cundū qđ dicit̄ in his verbis. Si
tenetis niſi. id eſt aliquando fru-
ſtra ⁊c̄. vbi duo tangunt̄. Primo
ꝙ ad credendū neceſſariū eſt in fi
de pſeuerare. ibi. Si tenetis. Secū
do ꝙ ſine pſeuerantia inutile eſt
credere. ibi. niſi fruſtra ⁊c̄. Vide
titulo de credere.

Gratia dei ſum id qđ ſum. et
gratia eius in me vacua non fuit
i. Coꝝ. xv. Vnde meritū qđ homo
habet ex ſeruitio dei. et quicquid
boni facit eſt a gratia dei. Et cō-
tra hoc peccauit iſte phariſeꝰ de
quo dicit̄ in euāgelio hodierno.
Hic hiſtoriā. Et ideo q̄cquid bo
ni homo in ſe habet totū debet
gratie dei attribuere. ſicut facie-
bat apoſtolꝰ in his verbis. Gra-
tia ⁊c̄. In quibꝫ tria tangunt̄. Pri
mo dei liberalitas in dando gra-
tiam quaꝫ gratis dat. ibi. grā de
Secūdo humilitas pauli in reco
gnoſcēdo. ibi. ſuꝫ id qđ ſum. Ter
tio eius vtilitas in exequēdo. ibi.
et grā eius. Vide titulo de gratia

De euangelio

Oīs qui ſe exaltat humiliabit̄
Luc̄. xviij. Vide ti. de hūilitate.

Dn̄ica. xij. de epiſtola

Non ſumꝰ ſufficiētes cogitare
aliq̄d ex nobis tanq̄ ex nobis. ij.
Coꝝ. iij. Vide ti. de cogitatione.

Spūs viuificat. ij. Coꝝ. iij. Qđ
autē ſpūs det aīe vitaꝫ oſtēdit̄ in
his verbis. Spūs ⁊c̄. In q̄bꝫ duo
tangunt̄. Primo ꝙ fortificat ad
reſiſtēdū a malo. ibi. Spūs. Secū
do. q2 viuificat ad ꝑficiendum in
bono. ibi. viuificat. Vide ti. de ſpū

Habundat miniſteriū iuſticie
i gloria. ij. Coꝝ. iij. In his verbis
duo tangunt̄. Primo officiuꝫ qđ
exercere debemꝰ. ibi. miniſteriū.
Secūdo p̄miū qđ ex hoc recipie-
mus. ibi. habundat. Vide titulo
de miniſtrare.

De euangelio

Aperte ſūt aures eiꝰ. Marci
vij. Vide ti. de apertione auriū.

Dn̄ica. xiij. de epiſtola

Concluſit in ſcriptura oīa ſub
peccato vt ꝓmiſſio ex fide iheſu
xp̄i daret̄ credentibꝫ. Gal̄. iij. In
his verbis duo tangunt̄. Primo
malitia humane corruptionis. ibi
cōcluſit. Secūdo ꝓuidētia diuine
ordinationis. ibi. vt ꝓmiſſio. Vi-
de titulo de credere.

De euangelio

Beati oculi q̄ vident que vos
videtis. Luc̄. x. Vide ti. de vidēdo.

Diliges dominuꝫ deum tuum
ex toto corde tuo. Luce. x. Vide ti
tulo de amore dei.

Diliges ꝓximū tuū ſicut teip̄m
Luce. x. In his verbis oſtendit̄
iſtud p̄ceptum. Primo facile. ibi.
Diliges. Secūdo rationabile. ibi
ꝓximū. Tertio delectabile. ibi. ſic̄
teip̄m. Vide ti. de amore ꝓximi.

Dn̄ica. xiiij. de officio

Protector noſter aſpice deus.
Vide titulo de aſpectu dei.

De epiſtola

Fructus ſpūs eſt caritas gau
diū. pax ⁊c̄. Gal̄. v. In his verbis
apoſtolꝰ duo ponit. Primo q̄ ſit
radix virtutū. Secūdo ponit huiꝰ
radicis fructuꝫ. Caritas q̄tuꝫ ad
deum. gaudium q̄tum ad ſeipſuꝫ
et pax q̄tum ad ꝓximū. Vide ti.
de caritate et gaudio et pace.

De euangelio

Ihu p̄ceptor miſerere noſtri
Luce. xvij. q2 iſti erant in miſeria
cōſtituti. Idcirco xp̄i miſericordi
am ſuuocauerūt his verbis. Ihu
⁊c̄. vbi tria faciūt. Primo allegāt
miſerēdi cauſā. ibi. ihu. id ē debes
miſereri. q2 tu ē ſaluator. Secūdo
ipſiꝰ potentia. ibi. p̄ceptor. Ter-
tio petunt miſericordiam. ibi. mi-
ſerere. Vide ti. de miſericordia.

Ite oſtendite vos ſacerdotibꝫ
et factum eſt dum irent mundati
ſunt. Luce. xvij. vbi tria tangunt̄.
Primo diuinū p̄ceptū. ibi. ite. Se
cundo iſtoꝝ obedientie cōplemē-
tum. ibi. et factum eſt. Tertio cō
feſſionis beneficium. ibi. mundati
ſunt. Vide titulo de mundicia.

Dn̄ica. xv. de epiſtola

Si ſpū viuimꝰ ſpū et ambule-
mus. Gal̄. vi. Quē autē ductoreꝫ
habeamꝰ in ambulando docet a-
poſtolꝰ in his verbis. Si ſpū. In
quibꝫ duo tangunt̄ de ſpūſancto
Primo ꝙ nos viuificat vt ſimꝰ in
gratia. ibi. Si ſpū. Secūdo ꝙ nos
cōfortat vt faciamꝰ bona opera
ibi. ſpū ⁊c̄. Vide ti. de āmbulatione

Bonū facientes nō deficiamꝰ
Gal̄. vi. Vide ti. de opere bono.

De euangelio

Nemo poteſt duobꝫ dn̄is ſer-
uire. Math. vi. Ad ſeruiēdū deo
neceſſariū eſt vt homo renunciet
ſeruitio demonis. ſecūdū qđ dicit̄
in his verbis. Nemo ⁊c̄. vbi duo
notant̄. Primo generalis ſeruiēdi

i his verbis· Diuiſiones· In qbꝫ
duo facit. Primo oſtendit ꝙ eſt
gratiaꝝ diſtinctio·ibi· diuiſiones
gratiaꝝ. Secundo ꝙ oīs gratie
ſunt ab vno principio·ibi· Idem
aūt· Eſt eni͂ vnus modus gratie
que dicit̄ gratia gratis data. q̄a
eam deus gratis dat· ſicut eſt ſci
re bene loqui et predicare· Alius
modus gratie que dicitur gratia
gratum faciens·quia facit hoīeꝫ
ipſam habentem deo gratā· Vi
de titulo de de gratia·

Diuiſiones miniſtrationū ſūt
idem autē dn̄s·i·Coꝝ·xij· Diuer-
ſis autē modis ⁊ diuerſis officijs
poteſt homo miniſtrare deo· ſecū
dum qđ dicitur in iſtis verbis·di
uiſiones· In quibus duo tangun
tur· Primo miniſtrationū multi-
plicitas·ibi· diuiſiones· Secundo
dn̄i vnitas·ibi· Idem autē domin⁹
Vide titulo de miniſtrare.

De euangelio

Domus mea dom⁹ orationis
vocabitur. Luce·xix· Vide titulo
de domo.

Dn̄ica·xi·de epiſtola

Accepiſtis euangeliū in quo
et ſtatis p qđ et ſaluami·i·Coꝝ.
xv· Ad iſtū ſtatū puenit hō p do
ctrinā xp̄i· ſicut dicit̄ i his verbis
Accepiſtis· In quibꝫ tria tangū
tur de viro iuſto· Primo ꝙ doctri
naꝫ xp̄i recipit credendo·ibi·acce
piſtis· Secūdo ꝙ eā recipit in ea
perſeuerando·ibi·in quo ꝛc̄· Ter
tio ꝙ ad gloriaꝫ puenit· ſalutem
eternā obtinendo·ibi. p qđ ⁊ ſal
uamini· Vide titulo de ſaluare.

Si tenetis niſi fruſtra credidi
ſtis·i·Coꝝ·xv· Item ad creden-
dum neceſſaria eſt pſeuerātia· ſe-
cundū qđ dicit̄ in his verbis· Si
tenetis niſi. id eſt aliquando fru-
ſtra ꝛc̄· vbi duo tangunt̄. Primo
ꝙ ad credendū neceſſariū eſt in fi
de pſeuerare·ibi· Si tenetis· Secū
do ꝙ ſine pſeuerantia inutile eſt
credere·ibi· niſi fruſtra ꝛc̄· Vide
titulo de credere.

Gratia dei ſum id qđ ſum· et
gratia eius in me vacua non fuit
i·Coꝝ·xv· Vnde meritū qđ homo
habet ex ſeruitio dei· et quicquid
boni facit eſt a gratia dei. Et cō-
tra hoc peccauit iſte phariſe⁹ de
quo dicit̄ in euāgelio hodierno.
Dic hiſtoriā· Et ideo q̄cquid bo
ni homo in ſe habet totū debet
gratie dei attribuere· ſicut facie-
bat apoſtol⁹ in his verbis· Gra-
tia ꝛc̄· In quibꝫ tria tangunt̄· Pri
mo dei liberalitas in dando gra-
tiam quaꝫ gratis dat·ibi· grā dei
Secūdo humilitas pauli in reco
gnoſcēdo·ibi· ſuꝫ id qđ ſum· Ter
tio eius vtilitas in exequēdo·ibi.
et grā eius· Vide titulo de gratia

De euangelio

Oīs qui ſe exaltat humiliabit̄
Luc̄·xviij· Vide ti· de hūilitate.

Dn̄ica·xij·de epiſtola

Non ſum⁹ ſufficiētes cogitare
aliq̄d ex nobis tanq̄ ex nobis ·ij·
Coꝝ·iij· Vide ti·de cogitatione.

Spūs viuificat·ij·Coꝝ·iij· Qđ
autē ſpūs det aīe vitaꝫ oſtēdit̄ in
his verbis. Spūs ꝛc̄· In q̄bꝫ duo
tangunt̄· Primo ꝙ fortificat ad
reſiſtēdū a malo·ibi· Spūs· Secū
do· q꞉ viuificat ad ꝓficiendum in
bono·ibi· viuificat· Vide ti· de ſpū

Habundat miniſteriū iuſticie
i gloria·ij·Coꝝ·iij· In his verbis
duo tangunt̄. Primo officiuꝫ qđ
exercere debem⁹·ibi· miniſteriū·
Secūdo p̄miū qđ ex hoc recipie-
mus·ibi· habundat· Vide titulo
de miniſtrare.

De euangelio

Aperte ſūt aures ei⁹· Marci
vij· Vide ti. de apertione aurū.

Dn̄ica·xiij·de epiſtola

Concluſit in ſcriptura oīa ſub
peccato vt ꝓmiſſio ex fide iheſu
xp̄i daret̄ credentibꝫ· Gal·iij· In
his verbis duo tangunt̄· Primo
malitia humane corruptionis·ibi
cōcluſit· Secūdo ꝓuidētia diuine
ordinationis·ibi· vt ꝓmiſſio· Vi-
de titulo de credere.

De euangelio

Beati oculi q̄ vident que vos
videtis· Luc̄·x· Vide ti· de vidēdo·

Diliges dominuꝫ deum tuum
ex toto corde tuo· Luce·x· Vide ti
tulo de amore dei.

Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm̄
Luce·x· In his verbis oſtendit̄
iſtud p̄ceptum· Primo facile·ibi·
Diliges· Secūdo rationabile·ibi
ꝓximū. Tertio delectabile·ibi· ſic̄
teipm̄· Vide ti· de amore ꝓximi.

Dn̄ica·xiiij·de officio

Protector noſter aſpice deus·
Vide titulo de aſpectu dei·

De epiſtola

Fructus ſpūs eſt caritas gau
diū· pax ꝛc̄· Gal·v· In his verbis
apoſtol⁹ duo ponit· Primo q̄ ſit
radix virtutū· Secūdo ponit hui⁹
radicis fructuꝫ· Caritas q̄tuꝫ ad
deum gaudium q̄tum ad ſeipſuꝫ
et pax q̄tum ad ꝓximū· Vide ti·
de caritate et gaudio et pace.

De euangelio

Ihu p̄ceptor miſerere noſtri
Luce·xvij. q꞉ iſti erant in miſeria
cōſtituti· Idcirco xp̄i miſericordi
am ſuuocauerūt his verbis· Ihu
ꝛc̄· vbi tria faciūt· Primo allegāt
miſerēdi cauſā·ibi· ihu· id ē debes
miſereri· q꞉ tu ē ſaluator· Secūdo
ipſi⁹ potentia·ibi· p̄ceptor· Ter-
tio petunt miſericordiam·ibi· mi-
ſerere· Vide ti. de miſericordia.

Ite oſtendite vos ſacerdotibꝫ
et factum eſt dum irent mundati
ſunt· Luce·xvij· vbi tria tangunt̄·
Primo diuinū p̄ceptū·ibi· ite· Se
cundo iſtoꝝ obedientie cōplemē-
tum·ibi· et factum eſt· Tertio cō
feſſionis beneficium·ibi· mundati
ſunt. Vide titulo de mundicia.

Dn̄ica·xv·de epiſtola

Si ſpū viuim⁹ ſpū et ambule-
mus· Gal·vi· Quē autē ductoreꝫ
habeam⁹ in ambulando docet a-
poſtol⁹ in his verbis· Si ſpū· In
quibꝫ duo tangunt̄ de ſpūſancto
Primo ꝙ nos viuificat vt ſim⁹ in
gratia·ibi· Si ſpū· Secūdo ꝙ nos
cōfortat vt faciam⁹ bona opera
ibi· ſpū ꝛc̄· Vide ti· de ābulatione

Bonū facientes nō deficiam⁹
Gal·vi· Vide ti· de opere bono.

De euangelio

Nemo poteſt duobꝫ dn̄is ſer-
uire· Math·vi· Ad ſeruiēdū deo
neceſſariū eſt vt homo renunciet
ſeruitio demonis· ſecūdū qđ dicit̄
in his verbis· Nemo ꝛc̄· vbi duo
notant̄· Primo generalis ſeruiēdi

impoſſibilitas. ibi. Nemo poteſt. Secundo dñoꝝ quibꝫ hoīes ſeruiunt pluralitas. ibi. duobus dominis. Vide titulo de ſeruitio.

Dñica. xvi. de epiſtola

Det vobis ſecundum diuitias glorie ſue virtutez corroborari ꝑ ſpūm eius. Eph. iij. Oꝛat ꝓ nobꝫ apoſtolus his verbis. vt ſpūſancto cōfortemī. In quibꝫ tria facit Primo ponit pro nobis diuini doni gratiā. ibi. det vobis. Secundo ipſius habundantiā. ibi. ſecunduz diuitias glorie. Tertio ponit ipiꝰ doni principium et cauſam. ibi. corroborari per ſpiritum eius. Vide titulo de ſpiritu.

Det vobis habitare xp̄m per fidem in cordibꝫ veſtris. Eph. iij. In his verbis apoſtolꝰ oꝛat pro nobis vt fidez habeamꝰ. vbi tria tanguntur. Primo ponit q̄d ſit fidei principium. q2 deus cuius eſt donū. ibi. det vobis. Secūdo q̄d ē fidei beneficium. q2 facit xp̄m habitare in cordibꝫ noſtris. Tertio petit fidei donum. ibi. per fidem. Vide titulo de fide.

In caritate fundati et radicati vt poſſitis cōprehendere cuz omnibus ſanctis. Eph. iij. Iſtud ſignificatur ꝑ adoleſcentē mortuuz de quo fit mentio in ſeuāgelio hodierno. dic hiſtoriaz. Per hunc enī intelligimus hoīem ſine caritate qui eſt ſpūaliter mortuꝰ. hunc dominꝰ ſuſcitauit cuz ei caritatez infudit. Et ad iſtam habendā hortatur nos apoſtolꝰ in his verbis In caritate. In quibꝫ duo facit. Primo monet nos ad habendam caritatem. ibi. In caritate. Secundo oſtendit ꝙ ex hac meretur homo ſanctoꝛum ſocietatem. Vide titulo de caritate.

De euangelio

Ibat ihesus in ciuitatem que vocatur naym ꝛc̄. Luce. vij. Vide titulo de morte.

Dñica. xvij. de epiſtola

Obſecro vos vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis. Eph. iiij. Ad ambulandū hortatur nos apoſtolꝰ his verbis. vbi tria facit. Primo monet nos ad ambulandū. ibi. Obſecro vos. Secūdo ponit ambulandi modū. ibi. digne. Tertio oſtēdit hoc eſſe diuinum conſilium. ibi. vocatione. Vide titulo de ambulatione.

Vnus dñs. vna fides. vnū baptiſma. Eph. iiij. Conditionez fidei oſtendit apoſtolꝰ his verbis. vbi tria facit. Primo oſtendit ꝙ eſt in deo qui eſt ꝑ fidē noſtra gloria ibi. Vnus ꝛc̄. Secūdo oſtendit ꝙ in fide que eſt ꝑueniendi in deuz via. ibi. vna fides. Tertio ꝙ etiaz in baptiſmo q̄ eſt ianua fidei. ibi. vnū baptiſma. Vide ti. de fide.

De euangelio

Cum vocatus fueris ad nuptias vade recūbe in nouiſſimo loco Luce. xiiij. Debemus ire ad illud ad quod vocamur. ſecundū q̄d dicitur in his verbis. Cuz vocatus ꝛc̄. In quibꝫ tria tanguntur. Primo dei benignitas quaz oſtendit nos vocando. ibi. Cuz vocatus fueris ꝛc̄. Secūdo eius pietas quaz oſtēdit nuptias. ſcz paradiſi nobis dādo ſiue parando. ibi. ad nuptias. Tertio noſtra humilitas quā debemus habere ipſuz ſequendo. ibi vade. Vide titulo de vocatione.

Oīs qui ſe exaltat hūiliabit̄. Luc̄. xiiij. Vide ti. de exaltatione.

Dñica. xviij. de officio

Exaudi preces ſerui tui et plebis tue ꝛc̄. Oꝛat eccleſia ſub noīe ſerui in his verbis. Exaudi. vbi duo tanguntur. Primo enī oꝛat exaudiri preces quas facit pro q̄libet ꝑſona ſingulari. ibi. Exaudi Secundo quid eſt dandi cauſa ꝙ facit cōmunitas fideliū generalis ibi. et plebis tue. Si igitur volumus in noſtris ꝑcibꝫ exaudiri ſimus ſui dei. Vide ti. de ſeruitio.

Gratia data eſt vobis in xp̄o ihū. q2 in oībꝫ diuites facti eſtis in illo. i. Coꝝ. ꝑmo. Iſtaz gratiā lucramur ex meritis xp̄i. ſecundū q̄d dicitur in his verbis. Gratia. vbi tria tangunt̄. Primo ꝙ gratia eſt dei donū. ibi. gratia dei que data. Secundo ꝙ eſt dandi cauſa et ꝑncipiuz. ibi. in xp̄o. Tertio ponit gratie effectuz. ibi. q2 in oībꝫ diuites ꝛc̄. Vide ti. de gratia dei.

Dñica. xix. de epiſtola

Renouamini ſpiritu mentis veſtre ꝛ induite nouū hoīem. Eph. iiij. Hic conſulit nobis apoſtolus ne ſimus in corruptione peccatorum. ſed renouemur in mente per ſpūm in his verbis. Renouamini id eſt renouate ſpūm mentis. et induite nouuz hoīem. id eſt vt ſitis noui hoīes. In quibꝫ nos ad tria hortatur. Primo vt vetuſtatem peccatoꝝ deponamꝰ. ibi. renouamini. Secūdo vt mētē ſpūſancto diſponamus. ibi. ſpiritu ꝛc̄. Tertio vt nouam vitaz teneamus. ibi et induite nouum. Vide titulo de munditia vel mundare.

De euangelio

Aſcendens ihūs in nauiculaz tranſfretauit et venit in ciuitatē ſuam. Mathei. ix. in his verbis tria tanguntur. Primo venientis benignitas. q2 ihūs. id eſt ſaluatoꝛ Secundo eiuſdez humilitas. quia aſcendit in naui. id eſt in vterum virginis. et tranſfretauit de immortali et impaſſibili factꝰ moꝛtalis ꝛ paſſibilis. Tertio eiꝰ poteſtas. quia venit in ciuitatem ſuaz id eſt in munduz qui eſt ſuus per creationem. Vide ti. de venire.

Videns ihūs fidem illoꝝ dixit paralitico. Confide fili remittuntur tibi peccata. Mathei. ix. vbi tria tanguntur de fide. Primū ꝙ deum ad hominem conuertit. ibi videns. Secundo ꝙ filium dei efficit ꝑ gratiam. ibi. confide fili. Tertio ꝙ ꝓpter eam deus homini peccata dimittit. ibi. remittuntur tibi. Vide titulo de fide.

Surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Vide titulo de domo.

Dñica. xx. de epiſtola

Perfectus. nec oīs perfectꝰ eſt
in ſtatu pfectionis. nec omis qui
ſtat in ſtatu pfectionis eſt perfe
ctus. In feſto ſancti auguſtini.
q. ij. in corpoꝛe.
Perfectiōis ſtatui nō repugnat
nec derogat papatꝰ aut epatus
In feſto gregoꝛij pape queſtio=
ne tertia per totum.
Perfectio ꝑlatoꝝ ꝗlis ſit. In fe
ſto ſancti auguſtini. q. i. p totuz.
Perfectiōis actuz maximuz facit
ꝗs moriendo pro cristo. In feſto
ſancti barnabe. q. ij. per totum.
Petrus ſanctus apoſtolus. Vide
in materia queſtionuz. In feſto
cathedre. et in feſto vero p totū.
Petrus martyr. Vide i feſto ſan
cti petri martyris in materia que
Perus apoſtolus (ſtionum.
multipliciť errauit i tranſfigura=
tiōe dñi. Dñica. ij. xl. q. iij. p totū.
Petrus apoſtolꝰ et nūc ſucceſſo=
res poteſtate clauiū poterunt et
poſſunt indulgētias et relaxatio
nes facere penaꝝ debitaꝝ ꝓ pec
catis. In feſto ſancti petri apo=
ſtoli. q. iij. per totum.
Philippi et iacobi. In feſto eoꝝ
in materia queſtionum.
Pigritiam multa mala ſequūtur
Titulo de pigritia.
Pigritiā ſequiť defectꝰ bonoꝝ.

Ibidem.
Pigriciam incōſtantia volun-
tatis ſequitur. ibidem.
Pigritia amor ē voluptatis. ibid
Pigritiam ſequitur timor puſilla
nimitatis. ibidem.
Pigriciam ſequitur negligentia
in negocijs. ibidem.
Pigritiam ſequitur priuatio glo
rie. Ibidem.
Pigritiam mors geheñe ſequi-
tur. Ibidem.
Plenitudinē et pfectionē gratie
accepit maria virgo in ſua ſancti
ficatione. In feſto natiuitatis ma
rie. q. iij. per totum.
Pleitudo ſpiritusſancti. dñica. iij.
poſt octauas paſce. q. iij. ptotū.
Plenitudo gaudij. dñica. iiij. poſt
octauas paſce. q. iij. per totum.
Predicare quis debet vt pficiat.
Titulo de predicatoribus.
Predicator laudabiliter debet vi
uere. Ibidem.
Predicatoris doctrina debet eſſe
facilis. Ibidem.
Predicatoris materia debet eſſe
vtilis. Ibidem.
Predicare criſt9 iudeis ſine offē-
ſione non debuit. Dñica in paſſio
ne. q. ij. per totum.
Predicare null9 inferior papa po
teſt ſine auctoritate pape. dñica
quinta trinitatis. q. ij. per totum.
Predicationis officiū criſtus cō-
uenienter cōmiſit apoſtolis nec-
non diſpenſationis miniſteriū di-
uini verbi. Andree. q. pma.
Predicatorū ordinē an cōuenien
ter ſanct9 dñicus inſtituerit. In
feſto eiuſdē. q. i. et. q. ij. p totum.

Prelationē appetere ratione ho-
noris et ſufficientie temporalium
illicitum eſt. Dominica. xvij. q. i.
in prima concluſione.
Prelationē ad grad9 celſitudinē
appetere ē illicitū et pctm̄. Ibidē
Prelationē appetere vt pſit pro-
ximo ad ſalutem laudabile eſt.
Ibidem in. iij. cōcluſione p totū.
Prelationis ambitio eſt peccatū
Ibidem. q. ij. per totum.
Prelatorū ſtat9 maior eſt alijs in
eccleſia dei. In feſto ſancti augu
ſtini confeſſoris. q. i. per totum.
Preſumptio mala ē et multa ma
la importat. Titulo de pſumptio-
ne per totum.
Preparatio ad qnqʒ ſe oſtendit.
Titulo de preparatione.
Preparare debemus nos ad defē
dendum. Ibidem.
Preparare debemus nos ad ſer-
uiendum. Ibidem.
Preparare debemus nos ad reci
piendum. Ibidem.
Preparare debemus nos ad com
putandum. Ibidem.
Preparare debemus nos ad con-
uiuandum. Ibidem.
Preparare tripliciter debem9 nos
ad nuptias. Ibidem.
Preparant ſe ad nuptias tria ge
nera hoium. Ibidem.
Premium remunerationis. Dñi-
ca. lxx. q. i. per totum.
Prophete falſi cauēdi ſunt. Dñi
ca. viij. trinitatis. q. i. p totum.
Propheta an fuerit criſtus. Dñi
ca. iiij. xl. q. iij. per totum.
Prodigalitas aufert homi bona
ſua, Titulo de prodigalitate.



Prodig9 pleno vaſi infūdit quā
do dat diuitibus. Ibidem.
Prodigus corrupto vaſi infundit
quādo dat hiſtrionibus. Ibidē.
Prodigus dat pro nichilo quan
do dat pro vana gloria. Ibidem.
Prouidētia valet ad ſuſtinendū
temptatiōes et tribulatiōes. Ti
tulo de puidentia per totum.
Probatio eſt multiplex. Titulo
de probatione.
Probatio per fidem. Ibidem.
Probatio p patientiā in tribula-
Probatio p (tione. Ibidem.
temptationes. Ibidem.
Probatio p verba. Ibidem.
Probatio p opera. Ibidem.
Probatio ex cōuerſatiōe. Ibidē.
Probatio p obedientiā. Ibidem.
Purificationis. Vide in eodē fe-
ſto in materia queſtionum.

De. Q.

Querunt multi dñm ſed nō inue
niūt. Ti. quō querend9 eſt deus.
Querere volenti deū tria ſunt cō
ſideranda. Ibidem.
Querēd9 ē de9 lacrimabilit. ibid
Qurēd9 ē de9 diligent. Ibidem.
Querēd9 ē de9 pſeuerant. Ibid.
Quādo querēd9 eſt de9. Ibidē.
Querendus vbi ſit deus. Ibidē.

De. R.

Religioſus qualis debeat eſſe. Ti
tulo de religioſo per totum.
Religionē pdicatorū beatus dñi-
cus cōuenienter inſtituit. In fe-
ſto ſancti dñici. q. i. et. q. ij.
Religioſus cū pfectiōis ſtatu po
teſt gradū magiſtralē ſuſcipe. in
feſto ſancti vincentij confeſſoris.
queſtione pma per totum.

Religio eſt ſchola i qua docetur
diſciplina et exercitiū habetur tē
dendi et puenīēdi ad pfectionē. in
feſto ſācti benedicti. q. i. in corpe
Redemptio. Vide. ſ. d icarnatiōe.
Reges cōueniēter et ſapiēter vene
rūt ad xp̄m adorandū et venerādū
In feſto epiphanie. q. iij. p totū.
Recidiuū multa habet media re-
trahentia. Titulo de recidiuo.
Recidiuū ipedire debet medicine
ſumptuoſitas. ſ. paſſio xp̄i. Ibidē
Recidiuū excludere debet mortis
eternitas. Ibidem.
Recidiuū expellit deum ab hoie
Recidiui multiplex (Ibidem.
damnum. Ibidem.
Recōciliatio qñ fieri dʒ et qñ non
Dñica. vi. trinitatis. q. iij. p totū.
Reprehendit xp̄us cōuenienter
regulū pter defectum fidei ſue.
Dñica. xxi. q. i. per totum.
Rephendit xp̄s cōueniēter pha
riſeos de cenſu dando ceſari. Dñi
ca. xxiij. q. iij. per totum.
Remunerationis premiū. Dñi-
ca. lxx. q. i. per totum.
Reſurgere xp̄m a mortuis fuit ne
ceſſariū. In die reſurrectionis xp̄i
q. i. in corpore in pma cōcluſione
et pbat qnqʒ ratiōibꝫ. Ibidem.
Reſurrexit xp̄us cū vero corpore
Ibidem in. ij. cōcluſione.
Reſurrexit xp̄s cū corpe glorioſo
Ibidem in. iij. concluſione.
Reſurrexit xp̄us reſurrectiōe pfe
cta prius q̄ quicūqʒ alius reſur-
gentiū. Ibidē in. iiij. cōcluſione.
Reſurrexit xp̄s cōuenienter tertia
die. Ibidem. q. ij. per totum.
Reſurrectiōē ſuā xp̄s argumētis

et ſignis declarauit. Feria ſecun-
da paſce. q. ij. per totum.
Reſurrectionis xp̄i veritatez ar-
gumēta que induxit ſufficienter
ꝓbauerūt. Ibidē. q. iij. ꝑ totum.
Reſurgere debuit criſtus cum ci-
catricibus et quare. Feria tertia
paſce. q. i. per totum.
Reſurrectio generalis corpoꝝ tri
pliciter ꝓbatur. Titulo de reſur
rectione generali.
Reſurrectio generalis probatur
auctoritatibus. Ibidem.
Reſurrectio generalis probatur
rationibus. Ibidem.
Reſurrectio generalis probatur
exemplis. Ibidem.
Reſurrectionis cauſa corpoꝝ mor
tuoꝝ erit vox xp̄i miniſterialiter
In die aīarū. q. iiij. per totum.
Repleri qui vult gratia ſpiritus-
ſancti quatuor debet facere. Ti-
tulo de repletione.
Repleri ſi vult debet vas euacua
re. Ibidem.
Repleri ſi vult debet vas ſuum la
uare. Ibidem.
Repleri ſi vult debet obſtruere ⁊
ligare. Ibidem.
Repleri ſi vult debet vas erigere
Ibidem.
Replectiōis quatuor ſigna. ibidē
Rogationū. Vide in materia que
ſtionuz de diebus rogationum.
Ruina multoꝝ extitit criſt9 ſed
diuerſimode. Dñica ifra octauas
natiuitatis xp̄i. q. i. per totum.

De. S.

Sacra ſcriptura oſtēdit verū meſ
ſiam. ſcz xp̄m veniſſe. Dñica. x. tri
nitatis. q. p̄ma per totum.
Sacramentuz ſup̄. In corpe xp̄i.
Sacrificiū deo offerre eſt de lege
nature. Dñica. xxiij. q. ſecunda in
corpore in p̄ma concluſione.
Sacrificiū ſoli deo eſt offerenduz
Ibidem in ſecunda concluſione.
Sacrificia offerre deo oīs tene-
mur. Ibidem in. iij. concluſione.
Sacrificiū triplex ſecundū triplex
hominis bonum. Ibidem.
Saluare cum ſuo themate. Ti-
Saluare introi (tulo ſaluare.
tus ſiue introductio. Ibidem.
Salutis diſtinctio. Ibidem.
Saluti neceſſaria primū eſt habe
re obedientiā in p̄ceptis. Ibidez.
Saluti eſt neceſſariuz temperan
tia in proſperis. Ibidem.
Saluti neceſſarium eſt patientia
in aduerſis. Ibidem.
Sanguis xp̄i an totus fuerit in re
ſurrectione xp̄i reaſſumptus. In
die ſancto paſce. q. iij. ꝑ totum.
Sanctificatur homo ꝑ baptiſmuz
Titulo de ſanctificatione.
Sanctificat̄ hō ꝑ cōfeſſionē. ibid̄
Sanctificatur homo per abſtinē
tiam a peccato. Ibidem.
Sanctificat̄ q̄s ꝑ ſpem. Ibidem.
Sanctificatur quis per cuſtodiaz
mandatorum. Ibidem.
Sanctificatur aliquis per elemo-
ſynam. Ibidem.
Sanctificatur etiam quis per bo-
nam ſocietatem. Ibidem.
Sanctificatus fuit iohānes bap-
tiſta in vtero matris. In feſto
eiuſdem. q. iij. per totum.
Sanctificata fuit glorioſiſſima vir-
go maria. In feſto eiuſdem que-
ſtione ſecunda per totum.



Sanctificatione beatiſſima virgo
maria recepit plenitudinē gratie
Ibidem. q. iij. per totum.
Sapientia duplex. ſcz bonoruz et
maloꝝ. Titulo de ſapientia.
Sapientia maloꝝ. Ibidem.
Sapiētia terrena nō ē bona. Ibidē
Sapiētia aīalis eſt mala. Ibidē.
Sapiētia diabolica et illa eſt peſ
ſima. Ibidem.
Sapientia bonoꝝ. Ibidem.
Sapientia bonorum in multis cō
Sapiētie ſiue ſciē (ſiſtit. Ibidez.
tie quatuor fuerūt in xp̄o. Dñica
infra octauas ephie. q. i. i corpe.
Sapia diuina ⁊ icreata fuit ī xp̄o
Ibidem in p̄ma concluſione.
Sapientia acquiſita xp̄us ꝓfecit
Ibidem in. iij. concluſione.
Seruitiū malū. ti. d̄ ſuitio malo.
Seruiūt aliqui gule. Ibidem.
Seruiūt aliqui luxurie. Ibidem.
Seruiūt aliqui pecunie. Ibidez.
Seuire diabolo eſt maluz ꝓpter
plura. Ibidem.
Seruire cū ſuo themate. Ibidez.
Seruitiuz dei. Ti. de ſeruitio dei.
Seruire debem9 deo cum timore
et reuerentia. Ibidem.
Seruire debemus deo volūtarie.
Seruire deo debem9 (Ibidem.
honeſte et munde. Ibidem.
Seruire debem9 ſapient̄. Ibidez.
Seruire debem9 ſollicite. Ibidē.
Seruire deo quare et ꝓpter quid
debemus. Ibidem.
Seruire nemo poteſt duob9 dñis
dñica. xv. poſt trinitatis. q. i. ꝑ to.
Sequi debemus deum. Titulo de
ſequendo deum.
Sequūtur quidam mundi vanita
tem. Ibidem.
Sequūtur q̄dā carnē ſuā. ibidem.
Sequūtur q̄dam diabolū. ibidem.
Sequūtur quidaz dn̄m per viam
mandatorum. Ibidem.
Sequuntur quidam per ſemitam
conſiliorum. Ibidem.
Sequūtur aliqui per compendiū
tribulationis. Ibidem.
Sequūtur eum aliqui per viaz in
nocentie. Ibidem.
Sequuntur eum aliqui per viam
caritatis. ibidem.
Sequi cum ſuo themate. ibidem.
Seq̄ introit9 vel itrodutio. ibidez.
Sequele diſtinctio. ibidem.
Sequi volēs xp̄m neceſſariū ē q
vadat ꝑ viam puritatis. ibidem.
Sequi volēs xp̄m neceſſariū ē q
vadat ꝑ viam paupꝫtatis. ibidem
Sequi volentē xp̄m oportet ire ꝑ
viam humilitatis. ibidem.
Sequela xp̄i duplex diſtinguitur
In feſto ſancti andree. q. ij. ꝑ totū
Sequi volentem criſtuz tria ſunt
neceſſaria. In feſto ſancti petri
martyris. q. p̄ma per totum.
Secuti ſunt aliqui ad vnicum ver
bum xp̄i. In feſto ſancti mathei
q. ij. in ſolutione p̄mi argumenti.
Sepeliri criſtum fuit conueniens
Sabbato ſancto paſce queſtione
p̄ma in corpore in p̄ma cōcluſiōe
Sepultura xp̄i debuit eſſe in hor
to ꝓpter miſticam ſignificatio-
nez. ibidem in concluſione ſecūda
Sepult9 ē xp̄s cōueniēt̄ ī ſepul
tura aliena. ibidē ī. iij. cōcluſione.
Sepultura xp̄i debuit eſſe i nouo
ſepulcro. ibidē in. iiij. cōcluſione.
Sepeliri debuit criſtus inuolu-
tus ſyndone munda. Ibidem in

quītā concluſione.
Sepeliri xp̄m fuit cōueniēs ꝫ non
inciuerari. Ibidē i. vi. cōcluſione.
Sepulto dn̄o nō debuit diuinitas
a carne ſepari. ibid̄ i. vij. cōcluſiōe
Et plura pulcra ibidem de ſepul
tura xp̄i per totam queſtionē.
Sedere ad dexterā patris cōuenit
xp̄o. In die aſcēſiōis. q. iij. p totū
Sedes ſancti petri cōuenient̄ nō
poteſt trāſferri de roma ad aliaȝ
regionē ꝓbat̄ multis ratiōibꝫ.
In feſto cathedre. q. iij. p totuȝ.
Silentiū multa bona hoi impor=
tat. Titulo de ſilentio.
Silueſter ſanctus. Vide in feſto
eius in materia queſtionum.
Symonis et iude. In feſto eoruȝ
in materia queſtionum.
Symoniā cōmiſit iudas venden=
do criſtum. Feria. iiij. palmarum
queſtione p̄ma in corpore.
Symoiacū ē ſēp de miſſa celebrā
da pactionē facere. Ibidem in ſo
lutione ſecundi argumenti.
Symoniacoꝝ pena illa eſt cōue=
niens vt expellentur p p̄uationeȝ
eoꝝ que p ſymoniā adepti ſunt.
Dn̄ica. x. trinitatis. q. iij. in corpe
Symoniaci tam vendētes q̄ emē
tes ſp̄ualia aut etiaȝ mediatores
alijs penis puniūtur. Ibidem.
Symoniace recipiēs ordies ipſo
iure ſuſpēſus ē. ibid̄ i ſolu. p̄mi ar.
Symoniace ordinat9 non recipit
ordinis executionē. Ibidem in ſo=
lutione ſecundi argumenti.
Symoniacus deum vendit. Titu
lo de ſymoniaco.
Symoiaci q̄ mali ſūt. ibid̄ p totū
Sollicitudo duplex. Dn̄ica. xv. tri
nitatis. q. iij. in corpore.
Sollicitudo temporaliū qn̄ ſit bo
na vel mala. Dn̄ica ſecunda trini
tatis queſtione ſecūda p totum.
Societas mala mľta mala impor
tat hoi. ideo dȝ ſe cauere hō ab il
la. Ti. de ſocietate mala p totum.
Solitudo mľta bona hoi adducit
Titulo de ſolitudine p totum.
Sponſus quis fuerit i nuptijs qn̄
xp̄us aquā in vinū mutauit ⁊ eſt
duplex opinio. Dn̄ica p̄ma poſt
octauas epiphanie. q. iij. p totū.
Sperandū eſt in dn̄o. Ti. de ſpe.
Spes multa bona homini impor
tat. Ibidem per totum.
Spes cū ſuo themate. Ibidem.
Spei itroit9 ſiue itroductio. ibid̄
Spei diſtinctio. Ibidem.
Sperātes i ſe de9 adiuuat. Ibidē.
Sperātes i ſe de9 cōfortat. Ibid̄
Sperātes i ſe de9 remūerat. ibid̄.
Sp̄us cū ſuo themate. Ti. ſp̄us.
Sp̄us itroit9 vel itroductio. ibid̄
Spiritus diſtinctio. Ibidem.
Sp̄uſſanct9 cuſtodit nos a corru=
ptiōe peccati q2 cor mūdat. ibidē
Sp̄uſſanct9 os cōſeruat. Ibideȝ.
Sp̄uſſanct9 manū rectificat. ibid̄
Sp̄uſſanct9 ꝓcedit a patre et fi
lio cōtra grecos. Dn̄ica ifra octa
uas aſcenſionis. q. i. in corpore.
Sp̄uſſanctus alio modo ꝓcedit.
et alio modo fili9. Ibidem. Vide
etiam in ſolutione argumētoꝝ.
Spirituſſanctus tripliciter perhi
buit teſtimonium de criſto. Ibi=
dem. q. ij. per totum.
Sp̄uſſanct9 arguere habuit mū
dū d̄ pctō. de iudicio. ⁊ de iuſticia
Dn̄ica tertia poſt octauas paſce
queſtione. ij. per totum.
Sp̄ūſſancti pleitudo cōpleta fuit
i apoſtolis quod ꝓbat̄ triplici ra
tione. ibidem. q. iij. per totum.
Sp̄ūiſancto cōuenit viſibilit̄ mit
ti. In die pētecoſtes. q. i p totuȝ.
Sp̄ūſſanct9 cōuenient̄ miſſus fuit
i linguis igneis. ibidē. q. ij. p totū.
Sp̄ūſſanct9 docuit apoſtolos oia
ſecundū quadruplíceȝ ſenſuȝ. Ibi
dem. q. iij. per totum.
Sp̄ūs vnit̄ corpori dupliciť. Dn̄i
ca p̄ma trinitatis. q. ij. in corpore.
Sp̄ūale gaudiuȝ poteſt impleri i
futura beatitudie. Dn̄ica. iiij. poſt
octauas paſce. q. iij. in corpore.
Status p̄latoꝝ maior eſt in eccle
ſia oi alio. In feſto ſancti augu=
ſtini epiſcopi. q. i. per totum.
Status triplex bonorum. Titulo
de lumine.
Stephanus ſanctus. Vide in fe=
ſto eius in materia queſtionum.
Stella apparēs magis nō fuit vna
de illis celeſtibus. In die epipha
nie. q. ij. per totum.
Suffragiuȝ. Vide in die animarū
in materia queſtionum.
Suſpitio generat maluȝ. Dn̄ica.
iiij. trinitatis. q. ij. in corpore.
Suſpitiōis triplex g̃dus. Ibidē.
Superbia eſt quaſi rex vitiorum
Titulo de ſuperbia.
Superbia initium eſt omis pec=
cati. Ibidem.
Superbia efficiatur homo ſimilis
diabolo. Ibidem.
Superbia eſt occaſio et cauſa rui
ne ſpiritualis. Ibidem.
Superbia aufert homini omnia
bona. Ibidem.

De. T.

Tactus impudicus tria mala fa
cit. Titulo de tactu impudico.
Tactus impudicus corpus con=
taminat. Ibidem.
Tactus impudicus animam ma
culat. Ibidem.
Tactus impudicus animā intoxi
cat et inficit. Ibidem.
Temp9 cōſiderandū ē tanq̄ the
ſaurus p̄ciofus. Ti. de tempore.
Tempus bene conſiderānduȝ eſt
ꝓpter plura. Ibidem p totum.
Temporaliū ſollicitudo nimia nō
eſt bona. Dn̄ica. xv. trinitatis. q.
tertia in corpore.
Temporaliū poſſeſſio aliqn̄ nō de
rogat ſtatui pfectionis. In feſto
ſancti gregorij. q. iij. p totum.
Temporalia oia relinq̄re ad ſim=
plicē ſequelā dn̄i nō ē neceſſariuȝ
in feſto ſancti andree. q. ij. i corpe
Temptatio quatuor habet conſi
deratiōes. Titulo de temptatiōe
Tēptatio diaboli ē mľtiplex. ibid̄
Temptat regredi cuȝ ſeptem ſpi
ritibus peioribus. Ibidem.
Tēptatiōis reſiſtēdi mod9. ibid̄.
Temptationum multiplex vtili=
tas. Ibidem.
Temptari voluit criſt9 a diabo
lo. Dn̄ica p̄ma. xl. q. ij. per totum
Tepeditas iraȝ dei ꝓuocat fidu=
ciaȝ diabolo temptandi p̄ſtat. et
reddit hoiem impotentem. Titu
lo de tepiditate per totum.
Theſaurus multiplex dſtinguit̄
Titulo de theſauro.
Theſaurus ſcientie. Ibidem.
theſaur9 ē aia p̄cioſa i corpe. ibid̄
theſaur9 ē v̄ginitas i carne. ibid̄

Theſaurus ē gratia ī corde. ibidē.
Theſaurus v̇tutes in aīa. ibidez.
Theſaurus eſt miſericordia ad ꝓ
ximum. ibidem.
Theſaur9 amicitie vel caritatis.
Ibidem.
Theſaurus eſt vita etꝰna. Ibidez
Theſauruz abſconditum in agro
emit beata katherina v̇go. In Fe
ſto eiuſdem. q. vnica p totum.
Timor dñi mlꝭta bona facit in ho
mie. Titulo de timore dei.
Timor dñi expellit peccatū. ibid̄
Timor domini a malo culpe futu
re cuſtodit. Ibidem.
Timor ē gratie dei collatio. ibidē
Timor eſt bonoruz operum mul
tiplicatio. Ibidem.
Timor ē bonoꝝ ꝓmiſſio. Ibidē.
Timere debemus deuz ꝓpter tria
Timor aliquādo eſt (Ibidem.
peccatū aliquando non. In feſto
ſanctorum iohānis et pauli. q. ij.
in corpore in p̄ma concluſione.
Timor inordinatus q̄nq3 eſt pec
catū mortale. ibidē in. ij. cōcluſiōe
Thomas apoſtolus. Vide in fe-
ſto eius in materia queſtionum.
Thomas ſanctus doctor. In fe-
ſto eius in materia queſtionum.
Thomas cantuarienſis. In feſto
eius in materia queſtionum.
Tranſfigurationis materia et te
ſtes eiuſdem. Dñica. ij. quadrage
ſime. q. i. et. q. ij. per totum.
Tranſitu triplici tranſibit criſtus
in gloria miniſtrādo. In feſto ſan
cti martini. in ſolutione ſecūdi ar
gumenti. q. vnica.
Traianus precibus ſancti grego
rij fuit de inferno liberat9. In fe
ſto ſancti gregorij. q. ij. in corpe.
Tranſlatio cathedre ſancti petri
et an trāſferri poſſit. Vide ſupra
in ſedere.
Traxit criſtus in cruce oīa ad ſe
caritate. In feſto exaltatiōis ſan
cte crucis. q. ij. per totum.
Trinitatis miſteriū tenemur nūc
credere explicite. In feſto ſymo-
nis et iude. q. ij. per totum.
Tribulatio ſepat hoiem ab amo
re mūdi. Titulo de tribulatione.
Tribulatio ſaluat aīam. Ibidem.
Tribulatio retrahit a peccato.
Ibidem.
Tribulatio meretur conſolatio-
nem. Ibidem.
Tribulatio errantes reducit ad
viam. Ibidem.
Tribulatio probat hominē ſicut
ignis aurum. ibidem.
Tribulatio purgat aīam. ibidez.
Tribulatio eſt cibus vel calix do
mi vnde cibat et potat amicos ſu
os. ibidem.
Tribulatio illumiat hoiez. ibidē.
Tribulatio ad regnum eternum
perducit. ibidem.

De. V.

Verbum caro factum eſt. iſta ꝓ
poſitio probatur vera. In die na-
tiuitatis criſti in vltima miſſa. q.
vnica in corpore.
Verbum ſiue deus factus eſt ho
mo. hoc participium factus tri-
pliciter ſe habere poteſt in locu-
tione iſta. ibidem.
Verbum caro factum. ibi caro po
nitur pro homine ſicut pars pro
toto. ibidem in ſolutione p̄mi ar-
menti.



Verbum caro factum. quaſi ſo-
lam carnem nominauit euange-
liſta. quadruplex eſt ratio. Ibi-
dem in ſolutione p̄mi argumēti.
Verbum dei debem9 audire velo
citer et libenter. Ti. de verbo dei.
Verbum dei debemus audire re-
uerenter. Ibidem.
Verbum dei audire debemus me
moriter. Ibidem.
Verbum dei audire debemus effi
caciter cum effectu. Ibidem.
Verbum dei audiendū eſt ꝓpter
multiplicē eius effectū. Ibidem
Verbum dei mūdat domū cordis
oſtendit maculas et dat aquam
gratie ad lauandum. Ibidem.
Verbū dei mentē illumiat. erigit
viuificat. ſanat. Ibidez p totum.
Veritatem loquēdo xp̄s ſepi9 of
fendebat iudeos. Dñica in paſſio
ne. q. ij. in corpore et per totum.
Veritas triplex. Ti. de veritate.
Veritas oris p cōfeſſionē. Ibidē
Veritas cordis in cōtritiōe. ibidē
Veritas operis in actione. ibidē.
Velocitas cōuerſionis multa bo
na homi importat. Titulo de ve-
locitate conuerſionis.
Velocitas conuerſionis radicare
facit in bono. Ibidem.
Velocitas conuerſionis aſſuefa-
cit ad bonum. Ibidem.
Velocitas conuerſionis dirigit vi
tam hominis. Ibidem.
Velocitas cōuerſionis facit vite
meliorationem. Ibidem.
Velocitas cōuerſionis generat ſe
curitatem vite. Ibidem.
Venire cum ſuo themate. Titu-
lo de venire.
Venire introitus ſiue introdu-
ctio. Ibidem.
Venire diſtinctio. Ibidem.
Venit criſtus vt medicus ad in-
firmum. Ibidem.
Venit criſtus in mundū vt pro-
pugnator. Ibidem.
Venit xp̄s vt liberator. Ibidem.
Veſtis nuptialis eſt caritas ꝓpē
ſex rationes. Dominica viceſima
trinitatis. q. ij. in corpore.
Vitis vera eſt criſtus qui in hac
vite non p̄manſerit excidetur. In
feſto ſancti marci. q. i. per totum.
Viſio duplex. interior et exterior
Dñica. xiij. q. p̄ma in corpore.
Viſio capitur dupliciter. Dñica
in paſſione. q. iij. ī ſolu. p̄mi argu.
Vidit abraā in ſpiritu ſiue cogno
uit per fidem diem eternitatis.
Ibidem in corpore.
Videntes apoſtoli criſtum poſt
reſurrectionez gauiſi ſunt. qd̄ qui
dem gaudium non eſt auferibile
ab eis. Dñica. ij. poſt octauas pa
ſce. q. ij. ī corpe ī p̄ma cōcluſione.
Viſionem quaz habent oīs bea
ti de diuinitate criſti nunq̄ͣ aufe-
retur ab eis. Ibidem in ſecunda
concluſione.
Viſione ſua beatus benedict9 nō
vidit deum per eſſentiā. In feſto
ſancti benedicti. q. ij. per totum.
Vidit paulus diuinam eſſentiam
In feſto cōmemorationis ſancti
pauli. q. i. per totum.
Viſio dei per eſſentiaz continet in
ſe ſanctorum beatitudinem perfe
ctam. In feſto omniū ſanctoruz
queſtione p̄ma per totum.
vidēdo diuiaz eēntiā nlꝭs itellꝭct9

ereat9 cognoſcere poteſt oia que deus poteſt facere. Ibidem. q. ij. in corpore in pˀma concluſione.

Viſionis noticia anima criſti cognoſcit omnia. Ibidem in ſecunda concluſione.

Videntes diuinaȝ eſſentiaȝ ſancti non vident omnia que deus videt Ibidem in. iij. concluſione.

Viſio dei ſiue cognitio diſtinguitur q̄druplicìter. In feſto ſancti mathie. q. ſecunda in corpore.

Videre debem9 deuȝ. eius verba et opa ei9. Ti. de videndo deum.

Videre debemus noſmetipſos et noſtros defectus. Ibidem.

Videre debemus homies iuſtos ad imitandum. Ibidem.

Videre debemus inſidias diaboli ad precauendum. Ibidem.

Videre debem9 ea que futura ſūt

Videre debem9 dieȝ (Ibidem. iudicij et gaudia eterna. Ibidem p totū. Vide etiā. s. de puidentia.

Vita cōtemplatiua ſimplicitˀ loquendo eſt melior ſed actiua vita ſecūdū qḋ q̄s cōtemplata tradit alijs docendo et p̄dicando melior eſt cōtēplatiua. Dn̄ica. iiij. aduentus. q. iij. in ſolu. ſecūdi argumēti

Vita p̄ſens habȝ breuitatē tedioſitatē defect9 neceſſarios ꝛ irreuocabiles. Ti. de vita p̄ſenti p totū.

Vita eterna infinita bona habet ānexa. Ti. de vita eterna p totuȝ.

Virginitatem multa cōmendant Titulo de virginitate.

Virginitas eſt ſpōſa xp̄i. Ibideȝ.

Virginitas excludit q̄tuor genera hoim q̄ nō copulāt xp̄o. ibidē

Virgitaȝ mūdiciā cōſeruat. ibidē

Virginitas comparatur gemme precioſe. Ibidem.

Virginitas conformitatem habet cum angelis. Ibidem.

Virgitas itegritatē retinȝ. ibidē.

Virginitas interiorem formoſitatem non amittit. Ibidem.

Virginitas magnam habebit remunerationem. Ibidem.

Viſitatio marie in eodem feſto in materia queſtionum.

Vincentius martyr. Vide in feſto eius in materia queſtionum.

Vincentius cōfeſſor. Vide in feſto eiuſdeȝ in materia queſtionū.

Vndecim miliū virginū. In earuȝ feſto in materia queſtionum.

Vnitas ꝛ cōcordia ſunt nob̄ neceſſaria. Ti. de vnitate et cōcordia.

Vnitas ſiue cōcordia multos notabiles et bonos habet effectus. Ibidem per totum.

Vocatio quadruplex. p litteras per nutus. per voces. et p nūcios Titulo de vocatione.

Vocat nos deus ad multa. Ibidē per totum.

Vocare cū ſuo themate. Ibidem

Vocatiouus introitus ſiue introductio. Ibidem.

Vocationis diſtinctio. Ibidem.

Vocat deus infideles ad ſui noticiam. Ibidem.

Vocat peccatores ad gratiam. Ibidem.

Vocat iuſtos ad ſuam gloriam. Ibidem.

Volūtas hūana ſenſibilitatis criſto voluit aliud q̄ȝ voluntas diuina voluit in ipſo. Feria. iiij. palmaȝ. q. iij. i cope i pˀma cōcluſiōe

Volūtas rationalis que eſt p modū rationis ſemp idē volebat q̄d deus. Ibidem in. ij. concluſione ꝛ per totam queſtionem.

Voluntatis duplex conſideratio Dominica. viij. trinitatis queſtione tertia in corpore.

Volūtatis malicia ſuffic̄ ad hoc q̄ȝ actus malus eſſe dicatur. Ibidem in prima concluſione.

Volūtatis bonitas intēdentis nō ſufficit ad bonitatē actus. Ibidē in. ij. cōcluſione. et in ſolu. argu.

Volūtas duplex in criſto. Dn̄ica xij. trinitatis. q. ij. in ſolutione ſecundi argumenti.

Volūtas bona quid opetur. Titulo de voluntate bona per totū

Volūtas ꝓpria eſt cauēda ꝓpter mala que adducit. Titulo de voluntate ꝓpria per totum.

Vſura multas habet ſtulticias. Titulo de vſuris.

Vſura nō vl̄t fenerari deo. ibidē.

Vſurarius animam ſuam pro vadio ponit. Ibidem.

Vſura ē iniq̄tas magna. Ibidem

Vſurarius vendit paupi quod de lege nature ei tenetur. Ibidem.

Vſurarius rem non viuā vult parere. Ibidem.

Vſurari9 nō vult ſe liberare a laqueo diaboli ꝛ etn̄a morte. ibidē

Vſurari9 meli9 q̄ȝ alij vult comedere et bibere et nō laborare cōtra mandatum domini. Ibidem.

De. X.

Xp̄m de virgine deſponſata cōcipi et naſci fuit cōuemēs q̄druplici ratione. In vigilia natiuitatis criſti. q. prima in corpore.

Xp̄s cōceptus fuit de ſpirituſancto. Ibidem. q. iiij. per totum.

Xp̄us duas habuit naturas. In die natiuitatis criſti in pˀma miſſa queſtione pˀma in corpore, et per cōſequēs duas natiuitates. ibidē.

Xp̄s cōuenienti loco nat9 ē ꝓpter tres rationes. Ibidē. q. iij. i corpe

Xp̄us in via natus quadruplici ratione. Ibidem.

Xp̄us cōuenienti tempore natus eſt quintuplici ratione. Ibidem.

Xp̄us circūcidi debuit ꝓpter decētiam. In circūciſione. q. i. in corpe

Xp̄o nomē imponi debuit ꝛ cōuenientiſſime vocatū eſt nomē eius iheſus. Ibidem. q. iij. per totum.

Xp̄ȝ cōuenientˀ vocatus eſt nazaren9 ꝓpter q̄nqȝ rationes. In vigilia epiphanie. q. vnica p totuȝ.

Xp̄i natiuitas cōuenienter p ſtellam magis monſtrata eſt. In die epiphanie. q. prima per totum.

Xp̄s ꝓfecit ſapientia et ſcientia acquiſita. Dominica infra octauas epiphanie. q. pˀma p totum.

Xp̄us ꝓfecit ſapia ꝛ gratia ſicut etiā etate. Ibidem. q. ij. p totum.

Xp̄s nō didicit aliquid ab hoibꝫ nec etiam ab angelis. Ibidem. q tertia per totum.

Xp̄m iohēs baptiſta cōuenientˀ nominat agnum dei. In octauis epiphanie. q. pˀma et. ij. p totum.

Xp̄s cōuenientˀ baptizari debuit In oct. ephie. q. prima p totum.

Xp̄o baptizato apti ſunt ſup euȝ celi. Ibidem. q. ij. per totum.

De. Y.

Ypocrita. Vide ſup̄ hypocrita.

Incipit tabula materie appli cabil's ſiue floris theologie ſecū dum ordinem alphabeti.


Abſtinentia folio pmo
Adulatio 2
Ambitio 2
Amicitia 3
Amor ſui ipſi⁹ 3
Amor dei 4
Amor proximi 6
Amor inimicorum 7
Amor ſanctorum 7
Aſpectus dei 8
Acquiſitio regni dei 8
Apertio aurium 9
Ambulatio ad deum 10
Ambulare cum themate et introductione 12

Benedicend⁹ q̃re ē de⁹ 13

Caritas 13
Caritas cum themate 14
Cuſtodia ſenſuū exteriorū 15
Cuſtodia cordis 16
Contritio 17
Confeſſio 18
Corea 19
Cogitatio 21
Conſolatio 22
Compaſſio 24
Conſuetudo 25
Correctio 26
Corpus criſti 26
Credere cum themate 28

Deriſio 29
Domus 29
Detractio 30
Duritia cordis 31
Diuitie temporales 32
Dolor 34

Elemoſyna 35
Ebrietas 36
Erubeſcentia 37
Exemplum 37
Excōmunicatio 38
Exaltatio 39

Fides 40
Fides cum themate 41
Fidelitas 42
Fortitudo 43

Gaudium 44
Gaudium cū themate 46
Gloria 47
Gratia 48
Gratia cum themate 50
Gladius 51
Gula 52

Humilitas 53





Iactantia 54
Innocentia 54
Inſtabilitas 55
Ira 55
Infirmitas 56
Inuidia 57
Infernus 58
Iudicium generale 59
Iudicium temerarium 61
Iudices mali 62
Iuſticia 62
Iuramentum 64
Ypocrita 65
Ignis purgatorij 65

Lumen 66
Locutio 67
Luxuria 68
Lacrime 69

Manſuetudo 70
Miniſtrare cū themate 70
Mors 71
Memoria mortis 72
Munditia cordis 74
Mundare cū themate 75
Mortificatio carnis 76
Mendacium 77
Murmur 77
Mundi fuga 77
Mirabilia mundi 77
Miſericordia 78
Miſericordia cum themate et introductione 79 81
Matrimonium criſti require ubi virginitas.

Negligentia 82

Obedientia 83
Otium 84
Oratio 85
Odium vite 86
Opus bonum 88
Odium proximi 89
Ornatus 89

Pax
Patientia 90
Impatientia 92
Paupertas 93
Paſſio criſti 94
Peccatum 95
Penitentia 96
Penitentia indiſcreta 97
Penitentia tarda 99
Predicator 99
Perſeuerantia 100
Preſumptio 101
Prodigalitas 102
Pigritia 102
Prouidentia 102
Preparatio 103
Probatio 103 105

Querere deum 106
Quō debem⁹ ſeruire deo 112
Quare audiendum eſt verbum dei 131
Quō acq̄rit̄ regnū dei 8

Religioſus 107
Repletio 107
Reſurrectio generalis 108
Recidiuum 109

Saluare cum themate 109
Sapientia 110
Seruitium malum 111
Seruitium cum themate 112

| | |
|---|---|
| Seruicium dei | 112 |
| Sequendo deum | 113 |
| Sequi cum themate et introductione | 115 |
| Silentium | 116 |
| Symoniacus | 117 |
| Societas mala | 117 |
| Sanctificatio | 117 |
| Solitudo | 118 |
| Spes | 118 |
| Spes cum themate | 119 |
| Spiritus cum themate | 120 |
| Superbia | 122 |
| Tactus | 122 |
| Tepiditas | 123 |
| Tempus | 123 |
| Temptatio | 123 |
| Temptationis reſiſtentia | 125 |
| Theſaurus | 127 |
| Tribulatio | 128 |
| Timor | 130 |
| Verbum dei | 131 |
| Velocitas cõuerſionis | 132 |
| Vita preſens | 134 |
| Vnitas | 135 |
| Vocatio | 136 |
| Vocatio cum themate | 137 |
| Venire cum themate | 138 |
| Voluntas | 140 |
| Virginitas | 141 |
| Vſura | 142 |
| Veritas | 143 |
| Videndo deum | 143 |
| Vita eterna | 144 |


Explicit tabula materie applicabilis ſiue Floris theologie.



Incipit materia aurea enucleata ex originalibus virtutũ ⁊ vitiorꝫ. Flos theologie nuncupata ſm ordinẽ alphabeti ꝓ ſermonibus applicabilis tam de tempore ꝙ̃ de ſanctis totius anni.

a

Bſtinentia eſt duplex. deteſtabilis ⁊ laudabilis. vt in hypocritis/auaris/⁊ guloſis. Hypocrita eñ abſtinet vt laudetur. talis eñ nimis inſenſatus eſt. qa de hoc qđ vni hoſti ſubtrahit. ſ. carni/ duos hoſtes paſcit. ſcꝫ mũdum et diabolum. Diabolus eñ eſt ſicut latro qui quãdo cognoſcit mercatores aliquid portare ſociat ſe eis vt eos ſpoliet: ſic diabolus ſpoliat ſuperbos ꝑ iactãtiam ⁊ oſtentationẽ. Exemplum de Ezechia qui oſtendit theſaurum ſuũ nuncijs regis babilonis et amiſit. Yſa. xxxix. Nõ fuit res quã non oſtenderim eis ⁊c. ideo dicit Iob. xv. Congregatio hypocrite ſterilis. Iſte đ bono opere quo poſſet hr̃e regnũ eternũ querit ventũ vane laudis. Greg. Qui ex bono opere qđ agit hũanos fauores reqrit. rem magni precij ꝓ vili precio venalem exponit. Multi oſtendunt bona multa que parũ valent. et talis apparet bonus qui nõ eſt. et econuerſo. Melior eſt ſaccus lapidibus precioſis plenus ꝙ̃ burſa ſerica plena ſtupis vel terra. Et aliqñ ſub vili ſarcinula latet precioſa merces. et ſub pictura aurea lignũ putridũ ⁊ vermiculoſũ. Ioh. vij. Nolite iudicare ſm faciẽ ⁊c. Non teneas aurũ quodcũqꝫ vel quicqđ lucet vt aurũ. Nec pomũ pulchrũ qđlibet eſſe bonũ. ideo dicit Math. vi. Cũ ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminãt enim facies ſuas vt pareant hominibus ieiunãtes. Auarus ieiunat vt burſam impleat. iſte qđ ori ſuo ſubtrahit/ in ore diaboli ponit. Os diaboli eſt burſa auari q̃ impleri non poteſt/ ideo nõ ſit ieiuniũ tuũ marſupij lucrũ: ſed ſatietas animarꝫ. Aug9. Tale eſt ieiuniũ ſine elemoſyna/ qualis ſine oleo lucerna. Guloſus ieiunat vt poſtea meli9 comedat. Greg9. Non deo ſed ſibi ieiunat. qui ea q̃ ventri ſubtrahit ad tempus non pauperibus tribuit/ ſed ventri poſtmodũ offerẽda cuſtodit. Sunt aũt multi qui tantũ vel plus comedũt vna vice cũ ieiunant/ ꝙ̃ comederẽt duabus ſi nõ ieiunarẽt. Qui talem gratiã faciũt deo qualẽ faciũt illi q̃ alicui dãt duos obulos ꝓ vno denario. et qđ debent duob9 terminis carni: ſoluũt vno tempore. Aug9. Cũ menſura ſumunt medicamẽta. ſic et alimenta ſumi debent. Quãto terra magis impinguatur/ tanto plures ſpinas ⁊ tribulos germinat. ſic caro quanto melius nutritur: plures motus generat et plus ſpiritũ impugnat. Prou. xxix. Qui delicate a pueritia nutrit ſeruũ ſuũ id eſt corpus poſtea inueniet eũ cõtumacẽ id eſt

ſpiritui repugnantē. Nota ꝙ fūt quidam qui faciūt feſtū ante vigiliaʒ. vt illi qui in pueritia deliciose viuūt. Sed feſtū eoꝝ diu nō erit. vigilia autē eterna cū diuite qui nō potuit habere guttā aque Luc. xvi. Abſtinētia laudabilꝭ ē q̈druplex. Prima a peccato. Secunda a cibo. Tertia a malis verbis. Quarta a ꝓua ſocietate. De ꝑma dicitꝰ. i. Teſſal. iiij. Abſtineatis vos ab omi fornicatiōe. glo. tam ſpūali ꝙ̄ corporali. Qui enim mortali peccato ieiunat. corpus ſuū velut cadauer mortuū deo offert cōtra illud Roma. xij. Obſecro vos ꝑ miſericordiā dei. vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuētē. nō mortuā. Ideo Eccꝉ. iij. dicitꝰ cor ſapiēs et itelligibile abſtinebit ſe a pccis ⁊c̄. Et. i. Petri ij. Obſecro vos ⁊c̄. abſtinere a carnalibꝫ deſiderijs ⁊c̄. Sunt mlti qui dicūt ꝙ non poſſunt cōtinere vel abſtinere a peccato. ꝗ tamē bene abſtinēt a nociuis corporuʒ Si enī alicui apponeretꝰ cibꝫ mortiferus et venenoſus diceret. Non poſſuʒ comedere. Nullꝰ enī eſſet qui ſcienter cōederet. vel biberet mortiferū corpori. Voluptas ꝓhibita mortifera eſt. vt dicit Augꝰ Omē ſeminariū voluptatis venenū puta. Hāc tamē auide hauriūt multi ⁊ inde moriūtꝰ. Apoca. viij. Multi mortui fūt de aquis. id eſt delectatōibꝫ mūdi vel carnis. q̄ amare facte ſunt. ſ. poſt mortem Item talis vno puero preſente nō auderet fornicari. ſed ſola verecūdia cohiberet eū. ꝙ̄to magis in ꝑ̄ſentia dei ⁊ angeli cuſtodientis eum deberet ſe cohibere. Bernardus. In quouis angulo reuerentiam exhibere angelo debes. nec audeas illo ꝑ̄ſente qd̄ me ꝑ̄ſente non audes. Boetius. Magna i nobis inclita eſt neceſſitaʒ ꝓbitatis cum agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Exēplū de Thaide meretrice ⁊c̄. Nō eſt dicenduʒ ꝙ equus non poſſit cohiberi qui ex modico freno cohibetur. Sic non debet aliquis dicere. non poſſuʒ a peccato carnis me cohibere. quem frenum eruбeſcentie cohibet. Item nō dicitꝰ domus alicuius eo inuito comburi. ex quo ipſe ignē et ligna ꝓꝑ̄is manibꝫ apponit. ſ. cibos et potus calidos ad luxuriaʒ inflamantes Quia ſicut dicitꝰ. Eccꝉ. xxviij. Secundum ligna ſilue ſic exardeſcit ignis. Potius deberet amouere quia dicitur Prouer. xxvi. Cum defecerint li[illegible] extinguetꝰ ignis Item peccat[illegible]ſi adimpletur nō extinguit famē ſed excitat Sicut ſtillicidiū fabri ad horam mitigat ignem ſed poſtea feruet ardentius. Sic peccatū perpetratuʒ plus ˈnardeſcit ꝙ̄ ante Oſee. iiij. Comedent ⁊ non ſaturabuntꝰ. fornicati ſunt et non ceſſabunt. glo. Vires fornicantiū deficiūt. ſed deſideria inardeſcunt. Item non videtur iuitus capi qui hoſtes ſuos inſequitꝰ. et inter manus eoruʒ ſe proijcit cū ſola fuga euadere poſſet Nec inuitus moritꝰ qui mortē ſuam emit et bene videt. Sic non debet aliquis dicere. Non poſſuʒ continere qui cōſortia mulierum nō vult fugere. ſed eas care emit Bene videtꝰ velle comburi qui ſe in ignē ꝓijcit. Eccꝉ. iij. Qui amat periculū in illo ꝑibit. Item non debet dicere eger nō poſſuʒ liberari. qui cōſilio medici non vult obedire. De cōſilio medici abſtinet homo a vino ⁊ a carnibꝫ per menſem et plꝰ. ſed de cōſilio medici ſpūalis nō poſſet ꝑ vnū dieʒ in ſeptimana. Peccatuʒ enī quod per penitentiā nō diluitꝰ. ſuo pondere mox ad aliud trahit. Patʒ in lapide. Lapis enī cadens in puteū ſi fundū nō inuenit ſemꝑ in caſu eſt. In peccato fund[illegible]s nō eſt vnde in peccatuʒ caden[illegible] continuo caſu eſt. niſi manu gratie ſuſtenteꝰ. Quia abyſſus abyſſuʒ inuocat. Item pro pena temporali aſtinet homo a peccato. quia ſi ſciret homo poſt peccatū pedem abſcīndi vel in ignē mitti. peccatum nullo modo faceret. ſed pro pena eterna euitanda nō poteſt Inſanus reputaretꝰ qui ad menſam ire[illegible] qua parū cibi haberet et omnia bona ſua ꝓ cibo illo ſoluturū ſciret et in carcerē perpetuū mitti. Talis eſt peccator qui pro peccato omnibꝫ bonis denudabitꝰ. ⁊ a regno eterno ſpoliabitꝰ et in iferno punietꝰ. Eccꝉ. xx. Datum inſipientis nō erit vtile tibi exigua dabit ⁊ multa improperabit. Prou̅. v. Preciū ſcorti vix eſt vnꝰ panis. mulier autē ꝑ̄cioſam animā viri capit. Secūda abſtinētia eſt a cibo corporali. De qua dicit iheronimus. Tunc eſt ꝑ̄cioſa apud deū abſtinentia cū animꝰ ieiunat a vitijs. Quid ꝓdeſt corpus attenuari abſtinētia cū animus itumeſcit ſuꝑbia. Iſidorus Qui a cibis abſtinent ⁊ mala agūt demones imitātꝰ. quibꝫ eſca vel cibꝫ nō eſt. et nequitia ſemꝑ adeſt. Si q̇s lauaret manus ſuas i aqua lutoſa nō mūdificaret eas Sic qui ieiunat et agit penitētiā in mortali peccato non mūdificat animā ſuaʒ. Eccꝉ. xxxiiij. Ab immūdo quis mūdabitur. Abſtinētia enī a cibo corporali cōmendatꝰ multiplici ſuo effectu. Valet enī abſtinentia ad ſanitatē corporis Eccꝉ. xxxvij. Qui abſtinens eſt adijci et vitā. et in multis eſcis erit infirmitas. Si homo ita ſolicite abſtinet ſe a vino et a carnibꝫ ꝓ ſanitate et vita corporali. quanto magis debet ꝓ ſpūali. Rechabie nō biberūt vinū. q̄ꝛ pater eoꝝ eis ꝑ̄cepit vt dicitꝰ. ihere. xxxv. Item abſtinentia diabolū fugat et expellit ab homie. Fames expellit l[illegible]ū a nemore. Sic abſtinentia diabolū ab homie. Mar. ix. Hoc genꝰ demonū in nullo poteſt exire niſi i oratione ⁊ ieiunio Ponit enī diabolū in arido vbi requieʒ nō inueniet. Math. xij. Cū immundꝰ ſpūs ⁊c̄. Diabolus ad modū piſcis habitat in locis humētibꝫ. Job. xl. Thobie. vi. ⁊. xij. Cuʒ extraxiſſet piſcē de aqua delitiarū cepit palpitare ante pedes eiꝰ. Item dicit ambroſius. ꝙ hō ieiunꝰ in ſputo ſuo ſerpenteʒ corporalē interficit. quāto magis ſpiritalē. Judith. xiij. Poſt ieiuniuʒ

amputauit caput holofernis.
Itē abſtinētia carnē vicit ⁊ caſti
gat. Irridendi ſunt illi qui dicūt
ſe carnē non poſſe vincere. cū poſ
ſint ieiunando ei victualia ſubtra
here. Non eſt adeo forte caſtruʒ
qꝫ nō poſſit capi ſi victualia ei ſub
trahant̄. Nec adeo magnꝰ ignis
qui nō poſſit extingui ꝑ ſubtracti
onē lignoꝝ. Prouꝰ. xxvi. Cuʒ defe
cerint ligna. ſ. ciboꝝ extinguetur
ignis. Subtrahe cibos et extin-
guet̄ ignis luxurie. Item homo
ſine abſtinentia eſt ſicut equꝰ in
domitus ſine freno qui precipitat
dn̄m ſuū vbi nō vellet. Ideo dici
tur Michee. vij. Ab ea que dor-
mit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra
oris tui. i. cōſenſuʒ corporis. Plꝰ
cōfidit diabolus in adiutorio car
nis q̄ꝫ in aliquo alio. qꝛ domeſti-
cus hoſtis. Hoſtē iſtū fugere vel
fugare nō poteſt hō quē circūfer
re vel nutrire neceſſe eſt. ꝑimere
non licet ſed ſubiugare. ſ. tenere
cōpedem ſup gulaʒ licet alioqui
nunq̄ꝫ faciet bonam dietā. Eccl'.
xxxiij. Seruo maliuolo tortura et
cōpedes. mitte euʒ in oꝑationē ne
vacet. Tertia abſtinētia eſt a ma
lis verbis. Seneca. A verbis tur
pibꝫ abſtineto. naʒ licentia eoꝝ
impudentiā nutrit. De hoc req̄-
re in capitulo de locutione. Quar
ta ē a praua ſocietate Sapie. ij. di
cūt mali d' iuſto abſtinet ſe a vijs
nr̄is. tāq̄ꝫ ab imūdicijs. Reqre de
mala ſocietate.

De adulatōne

a Dulatio eſt nutrix dia
boli lactās peccatores
lacte adulationis ⁊ ob



dormire faciens in peccatis can-
tando eis placebo cantilenā dia-
boli. Prouꝰ. pº. Fili mi ſi te lacta
uerint peccatores ne acquieſcas
eis. idē. xv. Iniquꝰ lactat amicū
ſuū et ducit eum ꝑ viam nō bonā
Iteʒ adulatores ſunt ſicut mimi
et ioculatores diaboli. nō ꝑmit-
tentes ſuos in aliquo contriſtari
Oſee. vij. In malicia ſua letifica-
uerūt regem. et in mēdacijs ſuis
ꝓncipes. Item ſunt incantatores
diaboli. quia faciūt homies cre-
dere qd' ipſi nō ſūt. ⁊ vbi nichil ē
aliquid eſſe oſtēdūt. ꝑs. Oleum
peccatoris non impinguet caput
meuʒ. Hoc oleo inūgit diabolus
ſuos. Auguſtinꝰ. Oleū eſt falſa
laus adulatoris que mētes a rigo
re veritatis emollit ad noxia Itē
ſūt ꝓditores qui ſub ſpecie oſcu
li tradūt hoies hoſtibꝫ ſuis. vt
iudas ihm. ioab amaſaʒ. ij. Reg.
xx. Yſaie. iij. Popule meꝰ qui te
dicūt beatuʒ. ipſi te decipiunt. Et
Yſa. ix. Qui beatificant populum
iſtū. et q̄ beatificāt̄ ꝑcipitati erūt
in infernū. Item ſūt rete diaboli
Prouꝰ. xxix. Qui blandis fictiſq̄ꝫ
ſermonibꝫ loquitur proximo ſuo
expandit rete pedibus ſuis.

De ambitione.

a Mbitio alicit hominem
⁊ tenet eū in ꝑiculoſo ſta
tu. Sicut enī canis relin-
quit inuitus os carnē. aut carnes
nimis calidas iuxta ignē licet no
ceant. qꝛ nimis plenꝰ. Sic ambi-
tioſus dignitates licet occaſione
eaꝝ mltās anguſtias ſuſtineat ⁊
ꝑicula. Prouꝰ. i. Vſqueq̄ paruuli



diligitis infantiā. et ſtulti ea que
ſibi ſunt noxia diligūt. Iteʒ puer
cuʒ difficultate aſcendit equū. ſʒ
quādo paruʒ equitauit nō poteſt
deponi donec cadit ſubito. Sic et
ambitioſus vir dignitates relin-
quit donec ſubito moriat̄. ꝑs. Vi
di impiū ſuperexaltatū ⁊ eleuatuʒ
⁊c̄. Et trāſiui ⁊ ecce nō erat. Iteʒ
deijcit in peccatū vel in infernuʒ.
Arbor paulatim ⁊ cū difficulta
te exaltat̄. ſed ſubito flatu vētoꝝ
deijcit̄. Sic ambitioſus. Gregori.
Paulatim aſcendiſti ſed nō pau-
latim deſcēdes. ſʒ tanq̄ꝫ fulgur et
alter ſathanas. Itē qui ponit pe
deʒ ſuū ſup vacuū vel foueā. ſta-
tim alta deſerit ⁊ i ima cadit. Sic
qui affectū ſuū ponit in vanitate
rerū temporaliū vel dignitatū. ci
to deū deſerit ⁊ i culpā cadit. ꝑs.
Deiecisti eos dū alleuarent̄ ⁊c̄.
Sic cornicula quando nō poteſt
frangere nuceʒ. in altū portat vt
fortiꝰ cadat ⁊ frāgat̄. Sic diabo
lus in dignitatibꝫ eleuat aliquē
quē ante non poterat vincere. vt
in peccatuʒ deijciat. Ideo ſtatuit
Ihm xp̄m ſup ꝑinaculū templi.
Math. iiij. Iob. xxx. Eleuaſti me
et quaſi ſup ventū ponens eliſiſti
me valide. Itē aquilā alte volā
tem facit cadauer deſcēdere velo
citer. Sic hominē quia alta virtu
tuʒ ⁊ cōtemplationis aſcēdit di-
gnitas vel temporalis voluptas
ꝑs. Aſcēdit vſq̄ꝫ ad celos et de-
ſcēdit vſq̄ꝫ abyſſos. Itē ambitio
decipit. Apis habet mel in ore ⁊
in cauda aculeū. Sic dignitas cor
poralis vel tempalis poſt blandi



mentū adulatoꝝ vanitatū et dele
ctationū pungit. Prouꝰ. v. Nouiſ
ſima illiꝰ amara quaſi abſinthiū
Hoc eſt oſculū iude qui cuʒ dn̄o
manducauit. ⁊ poſtea eū tradidit
inimicis ſuis. Marci. xiiij. Tradi-
tor enī dedit eis ſignū ⁊c̄. Aliqua
dignitate tempali dicit mūdꝰ de
moribꝫ. Ipſe eſt quē trado vobis
vt veſtrū. Itē accidit vt comeſtis
carnibꝫ os ꝓijciat̄. magni canes
oſſe relicto inter ſe litigant pro-
pter ipm. aliꝰ paruꝰ canis venit
os inuenit ⁊ comedit in pace ſua
magnis de eo certātibꝫ et nichil
inde habētibꝫ. Sic eſt de iſtis ma
gnis clericis cuʒ aliqua ꝓlatura
vel groſſa ꝓbenda vacat. exurgit
vnꝰ ab vna partē. alter ex altē-
ra ad illā adipiſcendā. ad ꝓlatum
appellāt vel ad papā. ꝓlatura reli
cta. ſup cauſaʒ litigāt et cauſant̄
⁊ interim deꝰ eā cōfert alicui ſim
plici ⁊ bono qui eam nō expecta
bat. nec curā adhibuit ad eaʒ ha
bendā. Luce. i. Depoſuit potētes
⁊c̄. Itē cappa pluuialis nō ſuꝑponi
tur alijs veſtibꝫ quia carior ha-
beat̄. ſed vt ſola deturpet̄ et alia
veſtimēta mūda cuſtodiant̄. Sic
homo in ꝓlatione. q̄a expedit vt
vnꝰ moriat̄ ꝓ poplo ⁊c̄. Ioh. xi.

De amicitia.

q Vatuor faciūt hominez
amicū dei. Primū ē fides
oꝑans ꝑ dilectionē. Ia-
cobi. ij. Credidit abraam deo ⁊ re
putatū eſt ei ad iuſticiā. ⁊ amicus
dei appallatꝰ eſt. Secūdū mūdicia
cordis. Prouꝰ. xxij. Qui diligit cor
dis mūdiciā ꝓpter grām labiorū

fu͛tu͛ru͂ habebit amicuꝫ regē. Ter
tiū. ꝑceptoꝝ cuſtodia. Joh. xv.
Vos amici mei eſtis ſi feceritis
⁊c̄. Quartuꝫ aduerſorū tollerētia
Judith. viij. Abraaꝫ tēptatꝰ eſt
et ꝑ multas tribulationes pro=
batus amicus dei effectus eſt.

De amore ſuiipſius.

Mare ſe eſt amare latro
a nē morte cōdemnatū. Se
neca. Omēs capitali ſup
plicio cōdēnati ſūnꝰ. ij. Timoth
iij. Erūt homīes ſeipſos amātes
cupidi elati ⁊c̄. glo. Ex eo ꝙ ſe=
ipſos. nō deū amāt. quaſi a radice
hec mala que ſequūtur oriuntur.
Criſo. Omniū maloruꝫ cauſa eſt
amor ſui ⁊ radix ⁊ fōs. Itē amor
ſui hoīem excecat. Greḡ. Vehe=
mēter claudit ocl'os mētis amor
priuatꝰ. Ex quo fit vt qđ nos a=
gimus graue eſſe nō eſtimemꝰ.
pleruq̄ꝫ ⁊ aggrauat̄ ꝓximꝰ ⁊ no
bis nequaq̄ꝫ deteſtabile videtur.
Cecus nō videt ſe inq̇natū. licꝫ ſit
multū. Iteꝫ qui nimis amat ſe de
ſtruit ſe. vult enī eſſe in ocio vbi
corrūpit̄. ſicut veſtis in archa re
poſita. p̄s. Omnes ſicut veſtimē=
tuꝫ veteraſcēt. Itē ꝑdit ſe. q2 qui
nimis amat ſe. nimis cuſtodit ſe.
Sicut ille q̇ nimis diu ſeruat fru=
mentū ſuū. ꝑdit illud. q2 corrūpit̄
ſemen. Si ſemiat renouat. ſic ait
Greḡ. ſup illo verbo. ioh. xij. Ni
ſi granuꝫ frumēti ⁊c̄. Inſipiēs qđ
tu ſeminas nō viuificat̄ niſi prius
moriat̄. i. corrumpat̄. Ideo dicit̄.
ioh. xij. qui amat aiaꝫ ſuā ꝑdet eā
Augꝰ. Si male amaueris odiſti
ſi bene oderis tūc amaſti. Idē. Si
perit homo amādo ſe. ꝓfecto in=
uenit ſe negando ſe. Diſce ergo a
mare te nō amādo te. Item ma=
gna ſtulticia eſt ꝓditorē ſuū nu=
trire. Greġ. Magna miſeria. q̇a
laqueū noſtrū nobiſcū portamꝰ ⁊
hoſteꝫ noſtrū nutrire cōpellimur
et quāto plura bona ei facimus.
tanto plꝰ nos impugnat. Quāto
plus terra impinguat̄. tanto plu
res malas herbas generat. Sic
quāto meliꝰ nutrit̄ corpus. tanto
generat plures motus carnales.
Geñ. iij. Maledicta terra in ope
tuo. ſpinas ⁊ tribulos germiabit
tibi. Prou̇. xxix. Qui delicate nu=
trit ſeruū ſuū. i. corpus ſuū a pue
ritia ſua. poſtea inueniet eū cōtu
macem. i. ſpiritui repugnantem.

De amore dei.

Icut ſepe dr̄. Totū gau
s diū veit đ bene amare. ſ;
nō ab omibꝰ capit̄ quid
ſit bene amare. Ideo dn̄s q̇ ſuos
vult mouere ad omē gaudiū dat
illis formā bone dilectiōis. Ma
th. xxij. ⁊ Luce. x. Diliges domi=
nū deū tuū ex toto corde tuo. et ex
tota aīa tua et ex tota mēte tua.
circa qđ vidēda ſūt tria. ſcꝫ. quo°
diligēdꝰ ē deꝰ. Quare diligēdꝰ ē
deꝰ et q̇ diligāt̄ a deo. Diligēdꝰ
eſt deꝰ integraliter. ſ. ex toto cor
de. Fideliter. ſ. ex tota anima. Per
ſeueranter vel memoriter ex tota
mēte tua. Diligendꝰ eſt deꝰ inte
g̃liter ex toto corde. Criſo. Quid
ē ex toto corde diligere. niſi ꝙ ad
nullius rei dilectionē magis in=
clinandū ſit q̄ꝫ dei. nec delectetur
in aliqua alia re tantū quantū in



deo. non in ſaporibꝰ. vel auro vel
argento. vel amicis vel huiuſmo
di. Si aūt in aliquo iſtoꝝ fuerit a
mor cordis tui magis q̄ꝫ i deo. iaꝫ
nō ex toto corde amas deū. Quia
quāto rami iferiores arboris mľ
tiplicant̄ ⁊ creſcūt. tanto minus
arbor creſcit ⁊ eleuat̄ ſupiꝰ. Sic
quātomagis amor ſui et ſuoꝝ. et
rerū terrenaꝝ creſcit in hoīe. tan
to minꝰ eleuat̄ in amorē dei. ⁊ mi
nus deū amat. Augꝰ. Minus te
amat qui tecū aliq̇đ amat. Ideo
amor talis reſecādꝰ eſſet. ſicut ra
mi inferiores et ſup̱flui reſecari
debēt ab arbore vt meliꝰ creſcat
et fructificet. Deut°. xxx. Circūci
det dn̄s cor tuuꝫ. et cor ſemīs tui
vt diligas dn̄ꝫ deū tuū ex toto cor
de tuo. Vult enī dn̄s totū cor ha=
bere. ſicut auis nobilis de preda
ſua. q̇a ſolꝰ poteſt illud implere
et ſolꝰ creauit. Augꝰ Totū exi=
git te qui fecit totū te. Si habe=
res aliquod clenodiū vel munuſ
culuꝫ ad danduꝫ. deliberares vbi
meliꝰ poſſes illud implicare. Sic
debes facere de corde tuo vt dili
gēter cōſideres cui meliꝰ ⁊ vtiliꝰ
poſſis illud dare ꝑ amorē. Nōne
vides luſoreꝫ ſchacū a ſchacario
ſbleuatū i manu tenere. ⁊ cū ma
gna deliberatōne videre vt in tu=
to loco aſſideat ne ab aduerſario
capiat̄. Sic facias de corde tuo et
caueas ne in loco turpi et ꝑiculo
ſo et aduerſario diſcooꝑto illud
ponas. ſed deo q̇ bene poteſt illud
cuſtodire des ꝑ amorē. quia ipſe
petit. Prou̇. xxiij. Fili p̄be michi
cor tuū. ſcꝫ totū tanq̄ꝫ p̄cioſuꝫ fer
culum de preda mea. Amor enī
eſt quoddaꝫ ferculū. ſcꝫ eminens
valde delicatū ⁊ p̄cioſuꝫ qđ defer
tur corā rege ſummo ad menſaꝫ
celeſtē. Et ſicut ferculū ponit̄ co
ram dn̄o totū vt ſumat quod vo
luerit ⁊ reſiduū aliꝭ relinq̄t. Sic
deus amorē cordis vult totū ſibi
preſentari. quando dicit. Diliges
dominū deū tuū ex toto corde tuo
Deinde aliꝭ diſtribui. vnde ſeq̇=
tur. Et proximū tuū ſicut teipm
Joh. xv. Hoc eſt p̄ceptū meū vt
diligatis inuicē. ꝑ finales amoreſ
Tunc eſt finalis quādo eſt purꝰ
id eſt affinis. Sicut aurū ſe affi=
nat in igne ſepando ſe ab omni
alio matallo et a terra. Sic amor
quādo ſepat̄ ab omni carnalitate
et terrenitate dicit̄ finalis. Nō di
cit̄ aurū purū vbi aliquid admix
tuꝫ eſt alteriꝰ metalli et terreita
te ⁊c̄. Sꝫ dicit̄. Luce. xiij. ꝙ pila=
tus miſcuit ſanguinē cū ſacrificio
gallileoꝝ. qđ fit quando illud ꝙ
ſecūdū ſpūm diligi debet. ſecūdū
carnē diligit̄. vt in beginario. vbi
aliquādo ſub p̄textu dilectiōis
ſpūalis que ē quaſi ſacrificiū deo
latet ſanguis carnalis affectiōis
Et de pallio religiōis operit̄ la
trina vicioꝝ. et de xp̄o fit oſtiū lu
panaris. cū ꝓpter deū dilectio ſi=
mulat̄. Gal'. iij. Sic ſtulti eſtis vt
cum ſpū ceperitis nūc carne cōſu
mamini. Debet ergo diligi deus ex
toto corde ratione creatōis. Ber
nar. Ecce dn̄e q2 feciſti me debeo
me amori tuo totū. et tātū debeo
plꝰ q̄ꝫ meipm. quāto tu maior es
me ꝓ quo dediſti teipſuꝫ. Item

diligendus eſt deꝰ ex tota anima
hoc eſt fideliter. ſicut ipe dilexit
nos. quia maluit aīam ſuā ſepari
a coꝛpe. Sic et nos anteꝙ̃ ab eo
anime noſtre ſeparēt. potiꝰ debe
mꝰ moꝛtē ſuſtinere. ideo dicit̄. Cā
ticoꝝ. viij. ꝙ foꝛtis ē vt moꝛs di=
lectio. qꝛ ꝓpter dilectionē dei cō
temnit homo moꝛtē. Sicut fece=
rūt ſancti martires de quibꝰ dici
tur. Deſpecta namqꝫ p̄ſentis vi
te luce. cōtemptoqꝫ ſuoꝝ tormen
tuꝫ cruciatu ſeui moꝛti dei ꝓ amo
re vi. ⁊c̄. Propter hoc dicit̄. Sa=
piētie. iij. Fideles in dilectione ac
quieſcēt ei. Hinc eſt ꝙ tormētuꝫ
nō ſepat. laboꝛ nō laſſat. theſau=
rus nō ſupat. alienꝰ amoꝛ nō oc=
cupat. Primo fidelē amorē toꝛ=
mētū nō ſepat. Sicut dicit̄. roma.
viij. Quis nos ſepabit a caritate
xp̄i. Tribulatio. i. afflictio coꝛdis
āguſtia. i. mētis / āxietas / an fa=
mes / an piculū ⁊c̄. Exēplū de ca=
ne qui ita diligit dn̄ꝫ ſuū ꝙ eū ſe
quit̄ inuitū vbiqꝫ. licꝫ ille cōmine
tur ei et iactet ei lapides. Tamē
ſequit̄ eū p ſpinas et aquā et tur
baꝫ amarā. Sic ⁊ nos deū diliga=
mꝰ ad minꝰ vt canis dn̄m ſuū. vt
ſi iferat nobis tribulatōnes ⁊ in
firmitates ⁊ alias moleſtias. nō
relinquamꝰ eū. ſicut iob qui dicit
Etiā ſi occiderit me ſperabo i eū
Job. xiij. Exempluꝫ de muliere q̄
ml̄tas moleſtias ſuſtinet ꝓ ama
ſio ſuo ⁊ corripit̄ ⁊ frequēter per
cutit̄ ab eo. ⁊ tamē ſequit̄ eū. nec
reputat iniuriā ſed amorē. ⁊ ictꝰ
quaſi dotes nuptiarū. qꝛ meliora
ſunt verbera diligētis ꝙ̃ fraudu
lēta oſcl'a odiētis. vt dicit̄. Prou.
xxvij. ideo dicit. Augꝰ ꝙ nichil
eſt foꝛtius aīo habente caritatē.
Itē fidelē amorē laboꝛ nō laſſat
qꝛ vt dicit. Greḡ. Nunꝙ̃ ē amoꝛ
dei ocioſus. opat̄ eni magis ſi eſt
ſi autē deſinit opari. amoꝛ nō eſt
Sicut de ferro frigido nō poteſt
aliqs opari niſi calefactuꝫ fuerit
p ignē. nec poteſt flecti ſed fran
git̄ ſub martello. ſic dicit. Augꝰ
Ferrū calidū dū cudit̄ dilatat̄ fri
gidūqꝫ frangit̄. Sic homo nō eſt
aptus opari bene niſi calefactus
fuerit p ignē caritatis. Thren. i.
De excelſo miſit ignē i oſſibꝰ me
is. ⁊ erudiuit me. ſcꝫ ad bene opā
dū. Augꝰ. Amātis anxietas nō
ſinit eū dormire. amoꝛ de qete fit
inqetioꝛ. quieſcit afflictio. qeſcit
tēptatio. ſed dilectio qeſcere non
poteſt vel neſcit. Qui huiuſmodi
inebriatꝰ fuerit ad om̄e opus bo
nū hilareſcit. dolet ⁊ nō ſentit. la
borat ⁊ nō laſſeſſit. deridet̄ nec ad
uertit. Augꝰ. Qui amat nō labo
rat. Exemplū de iacob. Gen̄. xxix.
Qui nocte et die eſtu vrebat̄ et
gelu ⁊c̄. et videbant̄ ei dies pau
ci pre amoris magnitudie. Si tot
⁊ tantos labores ⁊ vigilias ſuſti
net hō ꝓ amore carnali vel lucro
tēpoꝛali. quot ⁊ quāta deberet ſu
ſtinere ꝓ amore dei. Auḡ. Si tā
ta poꝛtat nobiſcuꝫ cupiditas qua
re nō tanta poꝛtat caritas. Criſo.
Si nautis picula maris glacies. ⁊
frigora agroꝝ cultoꝛibꝰ. vulne=
ra militū leuia et poꝛtabilia ſunt
ꝓpter ſpem lucri tempalis. quā=
tomagis q̇ deū amat nullū debet
ſentiret piculū. greḡ. Pena inter
rogat ſi quis veraciter deū amat
Iteꝫ fidelē amorē theſaurus nō
ſupat. Job. xxviij. Neſcit preciuꝫ
eius. Sapie. vij. Omne aurū in cō
paratione illiꝰ arena eſt exigua
⁊c̄. ſine q̄ diues paup eſt. cū qua
paup diues eſt. vt ait. Auḡ. Vir
qui deū amat iaꝫ habet qđ amat
nec eū diligere poſſet ſi eū quē di
ligit nō haberet. Augꝰ. Diues
eſt humana religio que in poſſeſ=
ſore omniū oīa poſſidet. Cantico.
viij. Si dederit homo totā ſubſtā
tiam ſuā ꝓ dilectione. ſcꝫ haben
da ꝙ nichil deſpicit eā. glo. Vbi
habūdat amoꝛ eternoꝝ moꝛ vile
ſcit poſſeſſio habentiū. Iteꝫ amoꝛ
extraneus nō occupat nec cōmi=
ſcet̄. qꝛ nō poſſunt cōmiſceri vera
vanis. eterna caducis. ſpūalia coꝛ
poꝛalibꝰ. ſūma inis. vt dicit Ber
nardꝰ. Mulier fidelis nō amat a
liū carnaliter cū viro ſuo. Nō po
teſt dicere mulier. diligo virū me
um que die ac nocte i lecto tenet
adulterū et ſponſuꝫ verū repulit
Sic nō dicas te dilgere deuꝫ. qui
eū de coꝛde tuo expuliſti peccan=
do. ⁊ diabolū recepiſti. Jhere. iij.
Quomodo ſi cōtemnat mulier a=
matorē ſuū. ſic cōtempſit me do=
mꝰ iſrael. Bernar. Laboꝛ meus
vix eſt vniꝰ hore. ⁊ ſi ampliꝰ eſt
pre amore nō ſentio. Math. xxvi
Vna hora nō potuiſtis vigilare
mecū. Iteꝫ Mulier cū parit tri=
ſtitiam ⁊c̄. qꝛ venit hora eius ⁊c̄.
Joh. xvi. Decepta eſt anima ſi
credis ſimul habere ſponſuꝫ tuū
xp̄m ⁊ adulterū diabolū. qa ſicut
dicit̄. Yſaie. xxviij. Coanguſtatū
eſt ſtratuꝫ ita vt alter decidat. et
palliū breue vtrūqꝫ opire nō po=
teſt. ꝓpter ſe ergo diligendꝰ eſt
deꝰ nō ꝓpter ſua. quia recte deū
amat qui eum quē amat querit.
nec quicꝙ̃ ipiꝰ. Si autē premiū
ſui amoris preter deū querit. pro
certo deū nō diligit ſed ſua. vt me
retrix leccatorē diligit ꝙ̃diu dat
ei munera. ⁊ canis os carnoſuꝫ di
ligit. ſed nudū abiicit. Prou. xxvi
Cuꝫ defecerint ligna beneficiorū
extinguet̄ ignis caritatis. ſꝫ ligna
beneficioꝝ dei nunꝙ̃ deficiūt. ſed
ſemp addunt̄ ⁊ creſcūt. Vnde ma
gnus deberet eſſe in nobis ignis
caritatis. qꝛ ſecūdū ligna ſiluarū
ſic exardeſcet ignis. Eccl'. xxviij.
Itē diligendꝰ eſt deꝰ ex tota mē
te pſeueranter vel memoriter. qꝛ
qui bene amat ſemp amat retro
ponēs obliuionē amati. vnde Pro
uer. xvij. Omni tempe diligit qui
amicus ē. nō ſicut illi quoꝝ amoꝛ
nō habet niſi ſolā preſentiam rei
ſcꝫ circa paſca vel in quadrageſi
ma. qui ſimiles floribꝰ ſunt qui
tamdiu grati ſunt ꝙ̃diu recentēs
ſunt. Criſo. Quid eſt diligere ex
tota mente. niſi vt om̄s ſenſus tui
deo vacēt. ſapiētia. intellectꝰ. co
gitatio. memoria. Qui ergo ali=
queꝫ iſtoꝝ circa tēpalia occupat
iam nō ex tota mente deuꝫ amat.
Item ſi ille qui turpiter amat nō
poteſt cogitare niſi de eo quod
amat. Sic qui bene deum amaret
ſemp de eo cogitaret. Bernar. O
amoꝛ impetuoſe qui p̄ter te aūt
cogitare nō ſinis. Sapie. vi. Cogi

tare de illa ſenſus eſt cõſummatꝰ
⁊ qui vigilauerit ꝓpter illaȝ cito
erit ſecurus. Secūdo videndū eſt
quare amandꝰ eſt deꝰ. Quatuoꝛ
de cauſis ſolȝ aliq̃s diligi ab alio
Vel cauſa attinentie vel qꝛ deli
tie in eo inueniunt̃. vel beneficijs
ſuiſ meruit. vel qꝛ beneficia ſperā
tur ab eo. Primo cauſa attinētie
amādꝰ eſt deꝰ. qꝛ pater ⁊ frater
noſter ē. Math. xxiij. Patrē noli
te vocare vobis ſup terrā. Vnus
eſt pater veſter q̇ in celis eſt. ſcȝ
deꝰ. Si filiꝰ naturaliter amat pa
trē. a quo habet ptem corporis.
quātomagis debet amare deuȝ q̇
corpꝰ ⁊ aīam eiꝰ ex nichilo fecit
Aug. Amandꝰ eſt generatoꝛ. ſȝ
preponēdꝰ eſt creatoꝛ. Eccl. vij.
Dilige dn̄m deū tuū q̇ te fecit in
tota anima tua. Secūdo amādꝰ ē
deꝰ. qꝛ delitie ī eo inueniūt̃. Ber.
Si tanta inueniт̃ delectatio in poꝛ
tiūcula creature. quāta inuenit̃
in ip̄o creatore. Augꝰ. Quicq̇d
p̄ter ip̄m eſt. nichil eſt. dulce nō
ē. Guſtate ergo ⁊ videte qm̄ ſua
uis eſt dn̄s beatus vir qui ſperat
in eo. i. totam ſpē ſuā figit in illo
Et tali datū eſt ſentire ſuauitatē
Vnde eius amoꝛ eſt ſuauiſſimus
q̇d patet. qꝛ omnē aliū amorē cō
temnit. Exemplū ſapoꝛis mellis
qui tollit omnē aliū ſaporē. Eius
ſuauitas ad amandū ip̄m nos at-
trahere debet. p̄s. Suauis dn̄s in
vniuerſis qui nō habent palatuȝ
infectū febre vel veneno. Ipſiꝰ
eni dulcedinē dei nō ſentit. qui de
febre iniquitatis palatuȝ cordis
amiſit. Tertio amādꝰ eſt deꝰ. qꝛ

beneficijs ſuis meruit. Bernardꝰ
Multū de nobis deꝰ meruit. qꝛ ſe
ip̄m nobis in p̄ciū dedit. Ecce do
mine qꝛ me feciſti debeo me amo
ri tuo totū. qꝛ me redemiſti debeo
me amoꝛi tuo totū. Non eſt ita li
gnū frigidū vel aquoſuȝ q̇d nō in
cendat̃ ſi ponat̃ in foꝛnacē vel cli
banū. Sic nec coꝛ aliq̇d ita tepi
dū ſi ponat̃ in foꝛnace amoꝛis dei
et intuet̃ quantū in paſſione nos
amauit. q̇d nō accendat̃ ad amā
dū ip̄m. p̄s. Carbones ſuccēſi ſūt
ab eo. Bernar. Sup omia te red
dit amabilē bone ihu calix paſ-
ſionis quē bibiſti. opus redem-
tionis noſtre. Hunc eni amorē no
ſtrū ſibi facile vēdicat totū. Quaꝛ
to amandꝰ eſt deus. quia benefi-
tia ſperant̃ ab eo. ſcȝ gloꝛia eter
na. Bernardꝰ. Quia tanta ꝓmit
tis debeo me amoꝛi tuo totū. p̄o.
Coꝝ. ij. Oculꝰ non vidit ⁊c̃. que
ꝑparauit deus diligētibꝫ ſe. Ter
tio videndū eſt qui diligāt̃ a deo
Primi ſunt iuſti. p̄s. Dominꝰ di
ligit iuſtos tanq̃ ſimiles ſibi. q̇a
omne aīal diligit ſimile ſibi. p̄s.
Iuſtus dominus et iuſtitiā dile
xit. Prou. xv. Qui ſequit̃ iuſticiā
diligitur a deo. Secūdi miſericoꝛ
des p̄s. Diligit miſericoꝛdiaȝ. et
maxime quando fit cū hilaritate
ij. Coꝝ. ix. Hilareȝ datorē diligit
deus. Criſo. Tali vultu reſpiciet
deus ea que facis. cuȝ quali facis
Tertij ſunt patiētes. Apoca. iij.
Ego dilexi te. quia ſeruaſti ver-
bum patientie mee. i. mandatum
patiētie. quā dico in eis. qꝛ docui
verbo. oſtendi exemplo. vel meā



patientiam dicit ſuam. qꝛ ipſe iu
uat nos. ipſe portat plus. nos mi
nꝰ. p̄s. Tu es patiētia mea. Quaꝛ
ti ſunt veraces. p̄s. Ecce eni veri
tatem dilexiſti. Idem Miſericoꝛ
diā et veritatē dilexit dn̄s. Quin
ti ſūt ſimplices. i. Paralipo. xxix.
Scio dn̄e q̇a ſimplicitatē diligis.
quod patȝ qꝛ cū talibꝫ eſt collo-
quiū ſuū. Prou. iij. Cuȝ ſimplici-
bus ſermocinatio eius. Sexti ſunt
diligentes. Prou. viij. Ego dili-
gentes me diligo. me dicit. non
mea. Septimi ſunt perſeuerātes
Sapie. vij. Neminem diligit deꝰ
niſi eum qui cū ſapientia inhabi
tat. id eſt. perſeueranter cuȝ ipſo
habitat. Non eni querit deus ho
ſpitem vniꝰ noctis. nec ponit ibi
pedem niſi ad manendum. Ioh.
xiiij. Ad eum veniemus et man-
ſionem apud eum faciemus.

## De amore ꝓximi.

m

Ons qui in alto oritur de
facili ad loca infima deri
uatur. Sic amoꝛ ſi de deo
plene ⁊ integre habeatur deinde
ad pꝛoximum recte deriuatur. vt
pꝛoximus ꝓpter deuȝ amet̃. vnde
Auguꝰ. Nemo poteſt veraciter
eſſe amicus hominis niſi pꝛiꝰ fue
rit ipſius veritatis. Grego. Per
amorem dei amoꝛ pꝛoximi gigni
tur. et per amorem pꝛoximi amoꝛ
dei nutritur. Amandus eſt ergo
pꝛoximus. Et hoc multipliciter
Primo amandus eſt amore gra
tuito non ex precedētibꝫ meritis
ſic xp̄us dilexit nos. Aug. Vera

amicitia nō penſanda eſt tempo
ralibꝫ cōmodis. ſed gratuito amo
re portāda. hoc eſt amare ꝑ fine
les amores. Tunc eſt eni finalis
amoꝛ quādo eſt purus. i. affinis
ſicut aurum ſe affinat in foꝛnace
⁊c̃. vt ſupra in p̄cedenti capitulo
Item cauendū eſt in huiuſmodi
amore ne oꝛiatur ex bonis nature
vel foꝛtune. qꝛ vix aſcēderet vſq̇ȝ
ad bonū gratie. Aqua eni non a
ſcendit vltra q̃ꝫ oꝛiat̃. ſed ad locū
vnde exeūt flumina reuertuntur
Eccliaſtes. i. ideo dicit̃. Eccl. xiij.
Attende auditui tuo qm̄ cuȝ ſub
uerſione tua ambulas. Iteȝ amā
dus eſt amore recto non reflexo
ad terraȝ. Ihero. Delicata ē ami
citia q̄ amicoꝝ felicitateȝ et diui
tias ſequit̃ Illius modi homīes
nō vidēt aīcos. ſȝ ſeip̄os diligere
Sicut canis carneū os et amplec-
titur ⁊ ſeruat q̃ꝫ diu inuenit in eo
q̇d rodat. ſed nuduȝ ſine carne re
linquit Sic meretrices lecatores
Seneca. qui vtilitatis cauſe aſſum
ptꝰ fuerit. tandiu placebit q̃ꝫ diu
vtilis fuerit. Itē arboꝛ diligēter
ſuatur ⁊ frequenter viſitatur q̃ꝫ
diu in ea ſunt fructꝰ. ſed ablatis
fructibꝫ ſine cuſtodia relinquit̃
vt patet in vineis et oꝛtis. q̄ tpe
fructuū claudūt̃ et cuſtodiūt̃. ſed
amotis fructibꝫ exponūt̃. Yſa. i.
Relinquitur filia ſyon vt vmbra
culū in vinea. ſicut tuguriū in cu
cumerario. quādo ſcȝ nō ſūt fru-
ctꝰ. Itē tales ſimiles ſunt pullis
vulpiū qui quādo nō inueniūt lac
in maternis vberibꝫ moꝛdēt dēti
bꝫ et lacerāt et tanq̃ꝫ extraneas

reputant· Apoſtolus ad· Gal'·v·
Quia ſi inuicē mordetis et come
ditis videte ne ab inuicē cōſūma
mini. Itez amand9 eſt amore di
ſcreto. Amor diſcret9 ꝑſonas a
mat ⁊ vitia ꝑſequit̄ nec ſic ꝑſonis
cōdeſcēdit ꝙ vitijs implicet̄· Ro
ma· xiij· Dilectio ꝓximi malū nō
opat̄· glo· qui diligit homies aut
quia iuſti ſunt· aut ꝙ ſint iuſti di
ligere debet· Qui enī aliter ſe dili
git· iniuſte ſe diligit· Qui autē ſe
diligere neſcit nec ꝓximū ſuū ſi=
cut ſeipm diliget· Aug9· Vide ſi
noſti diligere temetipm ⁊ cōmit
to tibi ꝓximum vt eum diligas
tanquam temetipſum· Item ſi=
te interrogēt vtrū diligas te· re=
ſpondes qꝛ diligis· q̇s enī ſe odit
ergo nō diligis iniquitatē· Nam
ſi diligis iniquitatez odis te· ꝑs·
Qui diligit iniq̇tatē odit animaz
ſuā· Quomo° ergo volebas tibi
cōmitti ꝓximū tuuz vt diligeres
eum tanꝙ teipm qui ꝑdis te· Si
enī ſic te diligis vt ꝑdas te· ſic ꝓ
fecto ꝑditurus eſt eū quē diligis
ſicut te· Nolo ergo quemꝙ dili=
gas· ſol9 pereas· aut corrige di=
lectionez. aut reſpice ſocietatem·
Tulli9· Hoc idez ſentio niſi in bo
nis amicitiā eſſe nō poſſe· Nam q̇
ea in malo vtit̄ nō iaz ſibi amic9
exiſtit nec illi qui ꝓpter amicos
odiūt alios· vnde dicit̄· Eccl'· vi·
Noli eſſe ꝓ amico inimicus ꝓxi=
mo tuo· vel illi qui ꝓpter amicos
ꝑiurant vel aliud maluz faciunt·
Tulli9· Lex amicitie requirit vt
nec rogem9 res turpes· nec facia
m9 rogati· nulla enī eſt excuſatio
ſi amicitie cauſa peccaueris· Itē
amād9 ē amore ꝑſeuerāti· Prou·
xvij· Omi tempe diligit qui ami=
cus eſt· nō ſicut illi quorū amor
non habet niſi ſola ꝑ̄ſentia qui ſi
miles ſunt floribꝫ tā diu gratis
ꝙ̄diu ſunt recentes· Taliū amor
tādiu durat ꝙ̄diu durat beneficiū
vt amor meretriciū· Eccl'· vi· Eſt
amicus ſoci9 mēſe et nō ꝑmanet
in die neceſſitatis· i· tribulatōnis
ſicut diſcipl'i cōcomitati ſūt ihm
ad nuptias· ſed in paſſione relin=
querūt euz· Sic milui et cornices
ſequūtur vetulā quādo portat ſe
pas ad forū· ſed in reditu nō· vel
quādo vadit ad eccl'iam· Seneca
Milu9 cadauera· lupi oues· fru=
mēta formice· Predicti nō hoiez
ſequit̄ iſta turba. Greg· Cū quis
poſitus i ꝓſperitate diligit̄ incer
tū valde eſt vtrū poſſeſſor vel pro
ſperitas diligat̄· Amiſſio felici=
tatis iterrogat dilectionē· Quo=
modo enī in aduerſitate ꝓximum
deſerit· aperte cognoſcit̄ ꝙ hūc
in proſperitatē non amauit·

De amore inimicorum.

Vbemur autē inimicos
i amare ꝓpter tria· ſcz vt
xp̄z imitemꝰ· magiſ lucre
mur· ne ingrati ſimus· Primo vt
xp̄m imitemꝰ tanꝙ filij patrē· qꝛ
tantū dilexit nos cū adhuc inimi
ci eſſem9 ꝙ ꝓ nobis mori voluit
Quis enī tā inſan9 amator q̇ ꝓ ali
qua re habenda faceret qd' ipſe
fecit ꝓ aīa hois habenda· Quid
ꝓ ea acq̇rēda· de9 pauptatē ha
buit· aicos ſuos morti expoſuit· ⁊
i ſeip̄o turpiſſimā mortē ſuſtinuit



Eph'· ij. Propter nimiā caritatez
ſuā qua dilexit nos cū eſſem9 mor
tui in pccis cōuiuificauit nos xp̄s
Item pro crucifixoribꝫ rogauit·
Vnde ſimile a nobis req̇rit· Ma=
th'· v· Diligite inimicos veſtros
⁊c· vt ſitis filij patris veſtri q̇ in
celis eſt· qꝛ dicit̄· Eccl'· x. Secūdū
iudicē ꝓpli· ſic ⁊ miniſtri ei9· Itē
vt magis lucremꝰ i mercibꝫ· Vbi
enī magis lucrat̄ ſolent mercato=
res ponere nūmos ſuos· et i terra
magis fertili ſemez· et ideo amor
cordis ponend9 eſt in inimico· qꝛ
fructuoſior ⁊ lucrabilior· Fortior
eſt enī ignis i aqua vel humido
qꝛ iuenit qd' ſibi reſiſtat· ⁊ frumē
tuz ⁊ vinū ꝑ̄cioſiora ſunt vbi non
creſcūt· Similiter amor i inimico
et odiēte· Mat· v· Si diligitiſ eos
qui vos diligūt quā mercedē ha
bebitis· q̄̇i d· ꝑuā vel nullā· qꝛ ca
nis et ſarraceni hoc faciūt· Itez
ne ingrati ſim9· ſi magis benefa=
ciētes nō diligim9· ſꝫ malefactor
nos acq̇rit apud deuz· ſi patiēter
iniuriā ſuſtinem9· benefactor ve
ro nos obligat ad vicē reddendā
Qui aūt acq̇rit nobis magis dili
gēd9 eſt vt videt̄ ꝙ̄ qui obligat
et ita magis videt̄ eſſe diligend9
inimicus· Itē qꝛ p ip̄m magis lu
cramur ⁊ aurū et argentū et lapi
des ꝑ̄cioſos nobis ꝓijcit et coro=
nā fabricat eternā· quādo maluz
nobis facit vel cōtumeliaz dicit·
Prou· xij· Stult9 ſeruiet ſapiēti·

De amore ſanctoruz.

Oteſt autē cognoſci ca
p ritas ⁊ amor ſanctoꝝ ad
inuicē ꝑ ſimilitudinē mē
broꝝ in corpe· Et attēdit̄ hec ſi
militudo in ſeptez· Primuz eſt ꝙ
mēbrū vnū officiū ſuū ſibi nō ap=
propriat· ſed gratis alijs miniſtrat
Oculus enī non ſibi ſed omnibꝫ
alijs mēbris opat̄· Pes non ſibi
ſed omnibꝫ alijs membris ⁊ toto
corpori· ⁊ totū corpus portat· Sic
quilibet iuſt9 nō ſibi ſoli· ſed omi
bꝫ cōmuicare debet ſi quā habet
grām· Roma· xij· Multi vnū cor=
pus ſum9 in xp̄o· ſinguli autē al
teri9 mēbra· i· Petri· iiij· Vnuſq̇=
que enī prout accepit gratiaz in
alterutrū illā adminiſtrātes ſicut
boni diſpenſatores ⁊c· Ambro·
Nō eſt fratern9 amor niſi ſe mu
tuis ꝑ̄ueniāt obſequijs· Secūduz
eſt ꝙ vnuz mēbrū nō inuidet alij
mēbro· licet nō habeat ita dignū
et honorabile officiū ſicut aliud
habet· i· Coꝝ· xij· Si totuz corpus
ocul9· vbi auditus ⁊c· Si oīa mē=
bra eſſent vnū mēbrū vbi corpus
Stella differt a ſtella i claritate
ſicut dicit apoſtol9· i· Coꝝ· xv· et
tamē claritati alteri9 illa que mi
norez habet non inuidet· Aug9·
Auertat de9 peſtē inuidie ab a ni
mis omni homi· Tercıū eſt ꝙ mē
bra iferiora magis honorant̄ vt
dicit apoſtol9· i· Coꝝ· xij· ꝙ mē=
bra infirmiora neceſſaria ſūt· et q̄
putam9 ifirmiora vl' ignobiliora
mēbra corpis· his habūdātiorez
honorē circūdam9· Sic tu q̇ mē=
brū xp̄i es. non debes eos q̇ igno=
biliores eſſe videntur deſpicere·
quia ip̄m cui9 ſunt menbra deſpi
ceres· Sicut ip̄e dicit in euāgelio
Luce· x· Qui vos ſpernit me ſper

nit· Criſo· Sic homo intelligit ꝙ mēbrū habeat honorabiliꝰ in cor pore ſuo vel honeſtiꝰ· ipm autē menbrū nō ſe cognoſcit ſi hono= rabiliꝰ vel contemptibiliꝰ fuerit Sic differētiā inter ſanctū et ſan ctū ſolus deꝰ cognoſcit· cuiꝰ mē bra oīs ſumꝰ. Ipſis aūt ſanctis nō eſt cōceſſuʒ vt cognoſcāt ſuaʒ differētiā ad inuicē· ne meliores ſupbiāt cōtra deteriores· nec de= teriores triſtent̄ cōtra meliores Si ergo tu mēbrū xp̄i te p̄feras a lijs mēbris· cū tibi nō ſit cōceſſuʒ dignitatē tuaʒ cognoſcere· ſʒ ſoli xp̄o cuiꝰ mēbrū es· iudiciū tuū et alioꝝ relinquas· Quartuʒ eſt ꝙ illud qd̄ vnū mēbrū recipit alijs oibꝫ cōmunicat· Si vero aliquid plus debito ſibi retinet de eo qd̄ ſibi attribuit̄ ad malū ſuū retinet qꝛ eſt cauſa apoſtematis vel alte riꝰ infirmitatis· Sic eſt iter fide= les ⁊ maxime clauſtrales· cū ali= quis vltra neceſſitatē retinet nec vult alijs cōmunicare ad maluʒ ſuū retinet· Eccl'iaſtes· v· Eſt iſu mitas peſſima quā vidi ſb̄ ſole di uitie cōſeruate in maluʒ dn̄i ſui· Cōmunica ergo qd̄ habes vt ſis ſociꝰ eoꝝ in lucro· Sicut mercato res aſſociāt in nūdinis· vt quicqd̄ lucrant̄ ſit in cōmune· Itaqʒ eſt de cōmunione ſanctoꝝ· ideo dicit p̄s· Participē me fac deꝰ oīm ti mentiū te ⁊c̄· Particeps ego ſuʒ ⁊c̄· Quintū eſt ꝙ vnū mēbrū ſibi reputat fieri qd̄ alteri mēbro fit in eodem corpore ſiue bonū ſit ſi ue malū ſit· Vnde ſi ledit̄ pes os cōqueritur et dicit ledis me· Si cal cei dant̄ tibi os regratiat̄ ⁊ dicit calciaſti me· Sic ſi menbrū xp̄i es debes reputare ꝙ fratri vl' ſorori fit· vbi eiꝰ mala tua reputes p cō paſſionē· et bona ſibi facta· tribu as tibi p cōgtulatōem· i· Coꝝ· xij· Si quid patit̄ vnuʒ mēbrū cōpa= ciūt̄ oia membra· Seneca loquēs cuidā amico ſuo· Michi id expe dit qd̄ tibi· aut nō ſis amicus niſi quicqd̄ agit̄ ad te ptinēs meū eſt cōſortiuʒ eni rerū inter nos facit amicitia. Sextū eſt ꝙ ſi vnū mem brum leſuʒ fuerit ab alio mēbro ſe nō vindicat· Carpētariꝰ ligna cedēdo pedē incidit. pes leſus de manu ledente ſe nō vindicat· Sic tu ſi mēbrū xp̄i vere es nō vindi ctā queras· ſed patiētiā exhibebis Rom· xij· Nulli malū ꝓ malo red das· Septimū eſt· ꝙ vnū mēbruʒ ꝓ alio leſioni ſe exponit. vt manꝰ ꝓ oculo· Sic tu ſi vere mēbrū cor poris xp̄i es malū pene· ne frater tuꝰ culpe leſionē incurrat· debes inte velle ſuſcipe exēplo xp̄i capi tis tui· qui in cruce ſcapulis ſuis obūbrauit tibi mortis ictū ſup ſe recipiēs. ne ſup te ictꝰ diuine vl= tionis deſcēderet· ideo in hoc co= gnoſcimꝰ caritatē dei· ꝙ ip̄e pro nobis aīaʒ ſuā poſuit· ⁊ nos debe mꝰ ꝓ fratribꝫ nr̄is aīas ponere·

## De aſpectu dei·

c Vm viſus vel aſpectus aliaꝝ creaturaꝝ virtutē et effectū habeāt in crea turis· Dicit̄ eni ꝙ baſiliſcus ſolo aſpectu interficit· Dicit etiā· Am bro· ꝙ aſpectꝰ iuſti pleruqʒ cor= rectionis eſt amonitio· Vnde nō



eſt mirū ſi aſpectꝰ dei effectū ha beat in homie· Apoca· v· dicit̄ ꝙ agnꝰ occiſus habebat ſeptē ocu los· i· ſepteʒ effectus habet viſus eiꝰ i hoie· Primꝰ ē timoris icuſ= ſio· Sicut reus ex aſpectu iudicis terret̄· ſic peccator ex aſpectu dei Rex eni qui ſedet in ſolio iudicij· intuitu ſuo diſſipat oē malū· qꝛ per timorē dn̄i declināt omnes a malo. p̄· Qui reſpicit terrā· i· ho minē terrenū· et facit eū tremere ij· Machab· xv· Honora eū q̇ vni uerſa reſpicit vt nō facias in eiꝰ preſentia qd̄ nō faceres in p̄ſen= tia homis· Eccl' xxiiij· Oculi dn̄i multo lucidiores ſole· circūſpiciē tes oīs vias hominū· Secūdꝰ ē effectus boni ꝓpoſiti inſpiratio Vnde anna ad cōſpectū dn̄i acce pit ſexū virilē· i· ꝯpus virtuoſuʒ· i· Reg· i· Si reſpiciēs videris affli= ctionē ācille tue dederitqʒ michi dn̄s ſexū virilē dabo illū dn̄o per rectā itētionē ⁊ gratā· Sic reſpe xit eliſabeth que cōcepit iohēm id eſt opus grōſuʒ· Luce· i· Quia ſicut fecit michi dn̄s i diebꝫ qui bus reſpexit auferēs opprobriuʒ meū inter hoies. Sic reſpexit bea taʒ virginē et cōcepit xp̄m opus noſtre ſalutis · Luce · i· Reſpexit humilitateʒ ancille ſue· Nota de illis qui cōcipiūt ſine partu· Ca pitulo de voluntate bona· Terciꝰ eſt culpe remiſſio p grāʒ· p̄s· Re miſiſti impietatē peccati mei ⁊c̄· Luce· xxij· Cōuerſus dn̄s reſpexit petruʒ· et egreſus foras p cōfeſ ſionē. Fleuit amare p contritionē Nec mirū· qꝛ oculi dn̄i quaſi flā ma ignis corā peccatore· Pecca tor vero quaſi gelu frigidus eſt· qd̄ a facie ignis ſoluit̄· p̄s· Sicut fluit cera a facie ignis ⁊c̄· Hunc reſpectū petebat dauid· d· Di= mitte vniuerſa delicta mea· reſpi ce in me ⁊ miſerere mei· Quartꝰ eſt temporis ad recupāda pdita p penitētiā cōceſſio· Eccl'· xi· Eſt homo marcidꝰ· ſcʒ in penitentie afflictione· egēs recupatōne· ſcʒ bonoꝝ pditoꝝ· plꝰ deficiēs virtu te· ſcʒ ad bene opandū· habūdās pauptate· i· iopia ſpūaliū bonoꝝ oculꝰ dn̄i reſpexit illū i bono ſcʒ dando ei tempꝰ ad penitētiā· Sic fecit ezechie regi· Yſaie· xxviij· Et erexit illū ab humilitate ⁊ ex altauit caput eiꝰ ⁊c̄· Ideo dicitur Eph· v· Redimētes tēpus ſic̄ va diū fatuū· Vadiū eſt eni librariū dimittere ꝓ puo p̄cio· i· modica penitentia· Nota de p̄ciositate tē poris· e· de tēpore· Quītus ē p fla gella ⁊ tribulationes pccōꝝ pu= nitio· Exo· xiiij· Iā aduenerat vi= gilia matutina· ⁊ eē dn̄s reſpiciēs ſup caſtra egyptioꝝ p columnā ignis et nubis interficit eos· ſ· p intollerabiles imbres· et ſubuer= tit rotas curruū auferēs opato= res ferētes ad ptē· Iſto reſpec= tu reſpicit oīs electos· qꝛ flagel lat omeʒ filiū quē recipit. Sapie iiij· Grā dei et mia in ſanctos eiꝰ et reſpectꝰ i electos illiꝰ· et bene dicit gratia· Magnam eni facit illi quem ſic dignatur reſpicere. Quia per hoc euadet terribilem reſpectū qui erit in die iudicij · d q̊· xl· iob reſpice cunctos ſupbos

et confunde eos ⁊c̃·Qui primum
reſpectum non poteſt ſuſtinere
quomodo ſecundum ſuſtinebit·
Jdeo dicit· Auguſtinꝰ·Dñe hic
vre. hic ſeca· vt in eternū tantū
pcas·Sextꝰ eſt donoꝝ dei multi=
plcatio·iſto reſpectu reſpicit hu
miles·quia habēt vas cordis va
cuū ad recipienduꝫ dona ſpūalia
Yſaie·lxvi· Ad queꝫ reſpiciā niſi
ad paupem ⁊ humilē et cōtritū
Eccl'·xvi·Dñs reſpexit terrā·id ē
humileꝫ hominē et firmuꝫ·terra
eni in eternū ſtat·et repleuit eaꝫ
bonis·p̃s· Valles habūdant fru
mēto· Septimꝰ eſt ab oi miſeria
liberatio et pfectio corpis et aie
glorificati·Sapie·iij·Tanq̃ auꝝ
i fornace pbauit electos dñs ⁊c̃·
⁊ dignos recipi ad ordines ange
loꝝ iudicauit·Et in tēpore erit re
ſpectꝰ eoꝝ·et ſubdit fructū·Ful
gebunt iuſti tanq̃ ſcintille ⁊c̃·et
nota hic quatuor dotes corporis
glorificati·Felix ſteril'·p̃s·De ce=
lo ꝓſpexit vt audiret gemitꝰ ⁊c̃
Eccl'·xxxvi·Miſerere dñe ⁊ reſpi
ce nos et oſtende lumē mie tue·

Quomodo acquirit̃ regnū dei·

a Cquiritur vel habet̃ re=
gnū celoꝝ multis modis
Primꝫ legitima ſucceſſio
ne·vt filij nati ex legitimo matri=
monio·Sic habet̃ p fidē·Heb·iiij
Jntroibimꝰ qui credimꝰ p fideꝫ
q̄ filij dei ſumꝰ·Joh·i·Dedit eis
poteſtatē filios dei fieri ⁊c̃·Si aūt
filij·⁊ heredes·Roma·viij·Si he
res fideꝫ dño ſuo nō ſeruaret·nec
debita ſeruitia redderet·heredi=
tatē priuaret̃· Sic eſt de filijs dei

Math· xxi· Auferet̃ a vobis re=
gnū dei et dabit̃ gēti facienti fru=
ctus eiꝰ·i·opa et ſeruitia eiꝰ que
pro illo habēdo requiruntur·Se=
cundo intrat̃ in poſſeſſionē regni
celeſtis bello·Math·xi· Regnuꝫ
celoꝝ vim patit̃ ⁊ violenti rapiūt
illud·glo·Regnū celoꝝ vim pati
tur·dū peccator ad illud quaſi ad
alienū locuꝫ p penitentiaꝫ intrat
Grandis violētia in terra naſci·⁊
capere et habere virtute qd non
poſſumꝰ p naturā·Qui bella ſpūa
lia p xp̄o ſuſcipiūt·iure ſocietatis
regnū celoꝝ acquirūt·Sicut ipſe
Luce vltimo dicit·Nōne ſic opor
tuit xp̄m pati ⁊c̃·Luce·xxij·Vos
eſtis qui pmanſiſtis mecū in tēp
tationibꝫ meis ⁊c̃· Et ego diſpo
no ⁊c̃·i· eodē foro pticipes facio
Sed deficiūt de ſocietate q̄ nichil
volūt pati·et ideo nō erūt ſocij in
regno· quia nolūt ſoluere preciū
Apoca·i· Particeps in tribula=
tione ⁊ regno· Tertio cōmutatio
ne·quādo tempalia ⁊ ꝓpria volū
tas relinquūt̃ vt vita eterna ha=
beat̃ vt patꝫ in intrātibꝫ religio
nē·vbi qui plꝰ retinet plus pdit
Math·vij·Non omnis qui dicit
michi dñe dñe·intrabit in regnū
celoꝝ· Jdeo dicit̃·Math·xix·Ec
ce nos reliquimꝰ oia ⁊c̃ · De his
etiaꝫ que nō habet homo poteſt
fieri cōmutatio·vt ſi paupes reli
quāt poſſibilitatē ⁊ volūtatē ha
bendi· Greg· Tanta a ſequētibꝰ
dimiſſa ſunt·quāta a nō ſequenti
bus cōcupiſci potuerūt· Fit etiā
iſta cōmutatio i cōſtitutione vbi
viliſſima pecoꝝ moneta dimittit̃



et gratia dei reportatur·aliter nō
Quarto emptione·Parū habemꝰ
dare·ſcꝫ animā ⁊ corpꝰ·et res tē
porales·⁊ mltū accipe·⁊ ſic poſſu
mꝰ habere regnū dei·de nullo ha
bet̃ tam bonū forū·qr ſola volun
tate·Regnū eni eternū tantū va
let quātū habes· Emit̃ ex volūta
ria pauptate· Mathei·v· Beati
paupes ſpū ⁊c̃ Aug·dicit Vena
le habeo·quid dñe:Regnū celoꝝ
Quo emit̃·pauptate· Emit̃ etiaꝫ
regnū celoꝝ reꝝ tempaliū largi
tione p elemoſynā· qr q̄ non dat
quod amat·nō accipit illd qd op
tat·Si ergo volumꝰ accipe a deo
neceſſe ē q̄ ei demꝰ ſm dona eiꝰ
Eccl'·xxxv· da altiſſimo ſm dona
tū eiꝰ·Ad hāc eni emptōnē mo=
nem Math·xiij·Simile eſt regnū
celoꝝ hoi negociatori ⁊c̃· Et no
ta q̄ emptio iſta nō ſolū in ope ē
ſed i corde·nullꝰ eni emit q̄ nō poſ
ſit cōpati vl' odiū remittere·dñs
plꝰ aſpicit affectū q̄ cēſū·Vnde
mulier ponēs duo minuta plꝰ oi
bus poſuit·quia de corde meliori
forte·Quito labore corporis·Sic
ſolet dici·Hoc de iure meū eſt qr
lucratꝰ ſū brachijs meis Math
vij·Jntrate p anguſtā portā·glo·
labore ⁊ ieiunio·Et illd Math·
iij·Penitētiā agite appropinq̄bit
eni regnū celoꝝ·et illud Math·
xxv·Serue bone ⁊ fidelis intra in
gaudiū dñi tui· Sexto per luduꝫ
Hoc ptinet ad temptationē vbi
vno ictu pdit̃ totū p impatientiā
vel cōſenſuꝫ· Tene ergo ludū q̄a
multuꝫ poſuiſti ad ludum iſtum
animā tuā·et grām dei·et regnuꝫ



eternū·et omia bona tua·ſecūdū
illud· Eſtote fortes in bello ⁊c̃·
Tene ludū quia magnā habes p
rogatiuā· Jus tuū·et dei auxiliū
qui nō pmittit te pdere·et detios
in manu tua·i·liberū arbitriū·No
li reddere detios· q̄a nō poteſt vi
cere diabolꝰ niſi volūtatē·ij·Re=
gū·vi·dicit dauid·Ludā et vilior
fiam ⁊c̃· q̄a temptatio humiliat
Nota q̄liter vincimꝰ grās agēdo
vel maiora tormēta appetēdo·vt
Laurētius·quādo dicit·Verſa et
māduca·q·d·de alio latere reſul=
ta·et Antoniꝰ vulneratus a de=
monibꝫ fecit ſe reportari ad here
mū·et tunc iuitauit demones: Ec
ce iquit Antoniꝰ·Job·vi·Qui
cepit ipſe me cōterat ⁊c̃· Et tūc
diabolus dimittit ludū et fugit·
Jacobi·iiij· Reſiſtite diabolo et
fugiet a vobis ⁊c̃· Septimo par
uitate ⁊ humilitate animi·Sicut
habent humiles et innocētes in
cognoſcēdo·Math·xix·Sinite p
uulos venire ad me·et Luce·xij·
Nolite timere puſillꝰ grex quia
placuit patri veſtro dare vobis
regnū· p̃s Jn innocentia mea in
greſſus ſuꝫ·

De aptione aurīū

a Perire debemꝰ aures ad
audiendū/cor ad intelli
gendū/os ad loquenduꝫ
manus ad danduꝫ/oculos ad vi=
dendū· Aures debemꝰ aperire ad
duo· Primo ſcꝫ ad audiendū ver
bū dei· ſicut aperit̃ in ſcola ma=
giſtro ad audiendū ipſum· Jpſe
eni aperit aures virorum et eru=
diens eos inſtruit diſciplinis·
Job·xxxiij· Sed multi magiſtro

clamāti aures claudūt et ſimiles
ſunt aſpidi obturanti aures ſuas
Item ad obediendum eius volū
tati. Sicut aperitur caſtrum regi
vt pareat eius imperio. Yſaie. l.
Dominꝰ aperuit michi aurē. ego
autē nō cōtradixi retrorſum nō a
bij. Job. xlij. Auditu auris audi
ui te. nūc autē oculꝰ meus videt
te. Cor aperiendū eſt ad recipiē
dū illuminationē in intellectu. et
grām in affectu. Primo modo a
periēdū eſt cor vt feneſtra domꝰ
aperit. vt lux intret ꝛ illumiet. ij
Machab. pmo. Adaperiat dñs
cor veſtruz in lege ꝛc. Prou. vi.
Mandatuz lucerna eſt. et lex lux
Sed multi claudūt feneſtrā con
tra ſolez vt citius dormiāt in pec
catis ſuis. De quibꝫ Job. xxiiij.
Ipſi fuerūt rebelles lumini. ſicut
noctua ꝛ cecus qui fugebat ſan
ctū martinū ne illumi aret. Itez
aperiendū eſt cor ad recipiendū
diuinā grām in affectu. ſicut ape
rit thalamꝰ ſponſo Apocal. iij.
Ego ſto ad oſtiū ꝛ pulſo. ſi quis
aperuerit michi itrabo ꝛc. Nota
ꝙ pulſatio fieri cōſueuit duobꝫ
modis. manu ſcꝫ et virga. Manu
pulſat beneficiorꝫ datione. Virga
flagellorꝫ illatione. Solet dici ꝙ
ille qui pulſat cuz magno ſtrepi
tu. non venit vacua manu. imo ſi
gnum eſt ꝙ aliquid portat. et ta
lis hilarit recipit. Quātomagis
ſponſo tuo aperire debes qui cuz
multitudine donorꝫ celeſtiū venit
ad te. Habet eni vtramqꝫ manuz
plenā. ſiniſtrā bonis tēporalibꝫ
dexterā bonis ſpūalibꝫ. Magna
ruſticitas. donū recipere. et donā
tē repellere. Aperi ergo cor tuū
deo ad oſtium expectanti et dicē
ti. Aperi michi ſoror mea. amica
mea. caput meū plenū eſt rore. ſ.
gratie. Canticoruz. v. Surrexi vt
aperirem dilecto meo. Item pul
ſatur virga flagellorꝫ. ſcꝫ dolori
bus et anguſtijs et quaſi totam
domū euolare facit egritudinibꝫ
et penis corporalibꝫ. Ex miſericor
dia eni nos punit. Aug. Magna
dei ira eſt quādo peccatori parcit
vt in eternū puniat. Et miſericor
dia dei eſt in preſenti miſericor
diam non conſequi. In miſericor
dia eſt parcere virge ne percuciat
paruulus. et carnez putridaz nō
ſecare. Sed multi ſunt qui potius
apiūt cor ſuū diabolo ꝙ deo. Si
pulſat deus firmatū eſt forti ve
cte et non poteſt intrare. Sed ſi
diabolus pulſat firmatū eſt pua
feſtuca. et ſtatim tanꝙ dño ape
ritur per conſenſū. Judicū. xvi. di
cit dalida philiſteis. id. eſt caro
demonibꝫ. Aſcendite adhuc ſe
mel quia nūc aperuit michi ſam
ſon. id eſt ratio vel anima cor ſuū
id eſt conſenſum. Eccl. xxvi. Ad
omnez pharetram. id eſt diaboli
temptationem aperiet cor ſuum
donec deficiat. Similiter os debe
mus aperire ad quatuor/ ad pre
dicandum/ ad confitendum/ ad
orandum/ ad laudandum vel dis
cendum verbū edificationis. Pri
mo ad predicandum. ſicut aperi
untur horrea ad diſtribuendum
triticum. dicit. Geneſis. xli. Ape
ruit ioſeph horrea regis vniuer



ſa et vendebat triticum egyptijs
Horrea ſunt corda pfectorum in
quibꝫ abſcondit frumentū ſacre
doctrine. Prouer. xi. Qui abſcon
dit frumenta maledicet in popu
lis. Benedictio autē ſuper caput
vendentiū. Prou. vltimo. Os ſuū
aperuit ſapiētie. ꝛc. Eccl. xv. In
medio eccleſie aperuit os ſuū ꝛc
Sed ſunt quidā qui ꝓ frumento
bone locutionis paleas vendunt
deceptionis. vt mēdaces ꝛ vetule
cōmetatrices. Geñ. viij. Aperuit
Noe. id eſt vir iuſtus feneſtrā ar
che. id eſt cōſcientie. et emiſit cor
uū qui nō eſt reuerſꝰ. Per coruū
peccata mortalia deſignant. que
ſic emitti debent ꝑ os arche. id ē
cōſcientie cōfitendo. ne reuertāt
ſicut coruꝰ nō eſt reuerſus ad ar
cham. Leuitici. xi. Omne quod ē
coruini generis nō manducabis
Per colūbaz peccata ignorantie
et venialia intelligunt. Oſee. vij.
Effraim qſi colūba ſeducta non
habens cor. Hec etiā emitti debēt
ꝑ cōfeſſionē. que ſi iteꝝ reuertūt
iterū remittant ſicut aqua de na
ui. ne mentez ſubmergant ꝑ ſuaz
habūdantiā ꝑ mortale peccatuz
Itez ad orandū. ps. Os meū ape
rui. glo. petendo. querēdo. pulſan
do. Juxta illud. Petite ꝛ accipie
tis ꝛc. Et attraxi ſpūm. ſcꝫ qui do
cet orare. ꝛ qui libēter vadit vbi
rogat ꝛ deſiderat. ad Roma. viij.
Spiritus poſtulat pro nobis ge
mitibus inenarrabilibꝫ. id eſt. ad
poſtulanduz docet. et inflammat
Yſidorus. Quando quis orat ſpi
ritum ad ſe vocat. et cū venerint
omnia temptamenta demoniorū
que ſe mentibꝫ humanis immer
gunt confeſtim effugiunt. Item
ad laudandū deuz. ps. Domie la
bia mea aperies. glo. ꝓpter pec
cata clauſa. Et os meū annūcia
bit laudez tuā. Quia non eſt ſpe
cioſa laus in ore peccatoris ꝛc.
Eccl. xv. ps. Repleatur os meuz
laude. id eſt. fac me indeſinēter te
laudare vt cantē tota die magni
tudinē tuā. glo. Quia anteꝙ eēm
feciſti me cuz eſſem ſalutē michi
dediſti. cū peccaſſez ignouiſti. cō
uerſum viuificaſti. pſeuerantē co
ronaſti. ideo benedicā dñm in omi
tempore. Manꝰ aperiēde ſūt ad
duo. Primo ad danduz paupibꝫ
Prou. vltimo. Manus ſuas ape
ruit inopi. Sed multi manus ha
bent ad accipiēdū apertas. et col
lectas ad danduz. Cōtra quos di
citur. Eccl. iiij. Non ſit manꝰ tua
ad accipiendū porrecta. ꝛ ad dan
duz collecta. Secūdo ad operan
duz. Non eni poſſumꝰ operari ſi
ne iſtrumēti apprehēſione. Prou.
vltimo. Manū ſuā miſit ad fortia
Sed piger ita habet manus con
tractas. quia nichil poteſt appre
hendere. quia abſcōdit piger ma
nū ſuā ſub aſſella. ꝛ laborat ſi ad
os ſuū eam cōuertat. Prou. xxvi.
Et. xx. Propter frigus piger ara
re noluit mendicabit g͛ eſtate ꝛ
non dabit illi ꝛc. Oculi apiendi
ſunt ad duo. Siniſter ad conſide
rationem penarum. Baruch. iij.
Aperi oculos tuos et vide. quoni
am nō mortui qui ſunt in inferno
dabunt laudem et honorem deo

clamāti aures claudūt et ſimiles
ſunt aſpidi obturanti aures ſuas
Item ad obediendum eius volū
tati. Sicut aperitur caſtrum regi
vt pareat eius imperio. Yſaie. l.
Dominꝰ aperuit michi aurē. ego
autē nō cōtradixi retrorſum nō a
bij. Job. xlij. Auditu auris audi=
ui te. nūc autē oculꝰ meus videt
te. Cor aperiendū eſt ad recipiē
dū illuminationē in intellectu. et
grām in affectu. Primo modo a
periēdū eſt cor vt feneſtra domꝰ
aperit. vt lux intret ⁊ illuminet. ij
Machab. pmo. Adaperiat dn̄s
cor veſtruz in lege ⁊c̄. Prou. vi.
Mandatuz lucerna eſt. et lex lux
Sed multi claudūt feneſtrā con=
tra ſolez vt citius dormiāt in pec
catis ſuis. De quibꝫ Job. xxiiij.
Ipſi fuerūt rebelles lumini. ſicut
noctua ⁊ cecus qui fugebat ſan=
ctū martinū ne illuminaret. Itez
aperiendū eſt cor ad recipiendū
diuinā grām in affectu. ſicut ape
rit thalamꝰ ſponſo Apocal. iij.
Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo. ſi quis
aperuerit michi itrabo ⁊c̄. Nota
ꝙ pulſatio fieri cōſueuit duobꝫ
modis. manu ſcz et virga. Manu
pulſat beneficioꝝ datione. Virga
flagelloꝝ illatione. Solet dici ꝙ
ille qui pulſat cuz magno ſtrepi
tu. non venit vacua manu. imo ſi=
gnum eſt ꝙ aliquid portat. et ta
lis hilarit recipit. Quātomagis
ſponſo tuo aperire debes qui cuz
multitudine donoꝝ celeſtiū venit
ad te. Habet eñ vtramqꝫ manuz
plenā. ſiniſtrā bonis tēporalibꝫ
dexterā bonis ſpūalibꝫ. Magna

ruſticitas. donū recipere. et donā
tē repellere. Aperi ergo cor tuū
deo ad oſtium expectanti et dicē
ti. Aperi michi ſoror mea. amica
mea. caput meū plenū eſt rore. ſ.
gratie. Canticoruz. v. Surrexi vt
aperirem dilecto meo. Item pul
ſatur virga flagelloꝝ. ſcz dolori
bus et anguſtijs et quaſi totam
domū euolare facit egritudinibꝫ
et penis corporalibꝫ. Ex miſecor
dia eñ nos punit. Aug. Magna
dei ira eſt quādo peccatori parcit
vt in eternū puniat. Et miſericor
dia dei eſt in preſenti miſericor=
diam non conſequi. In miſericor
dia eſt parcere virge ne percuciat
paruulus. et carnez putridaz nō
ſecare. Sed multi ſunt qui potius
apiūt cor ſuū diabolo ꝙ deo. Si
pulſat deus firmatū eſt forti ve=
cte et non poteſt intrare. Sed ſi
diabolus pulſat firmatū eſt pua
feſtuca. et ſtatim tanꝙ dn̄o ape
ritur per conſenſū. Judicū. xvi. di
cit dalida philiſteis. id. eſt caro
demonibꝫ. Aſcendite adhuc ſe=
mel quia nūc aperuit michi ſam
ſon. id eſt ratio vel anima cor ſuū
id eſt conſenſum. Eccl. xxvi. Ad
omnez pharetram. id eſt diaboli
temptationem aperiet cor ſuum
donec deficiat. Similiter os debe
mus aperire ad quatuor/ad pre
dicandum /ad confitendum/ad
orandum/ad laudandum vel di=
cendum verbū edificationis. Pri
mo ad predicandum. ſicut aperi=
untur horrea ad diſtribuendum
triticum. dicit. Geneſis. xli. Ape
ruit ioſeph heorrea regis vniuer



ſa et vendebat triticum egyptiis
Horrea ſunt corda pfectorum in
quibꝫ abſcondit frumentū ſacre
doctrine. Prouer. xi. Qui abſcon
dit frumenta maledicet in popu=
lis. Benedictio autē ſuper caput
vendentiū. Prou. vltimo. Os ſuū
aperuit ſapiētie. ⁊c̄. Eccl. xv. In
medio eccleſie aperuit os ſuū ⁊c̄
Sed ſunt quidā qui p frumento
bone locutionis paleas vendunt
deceptionis. vt mēdaces ⁊ vetule
cōmētatrices. Gen. viij. Aperuit
Noe. id eſt vir iuſtus feneſtrā ar
che. id eſt cōſcientie. et emiſit cor
uū qui nō eſt reuerſꝰ. Per coruū
peccata mortalia deſignant. que
ſic emitti debent p os arche. id ē
cōſcientie cōfitendo. ne reuertāt
ſicut coruꝰ nō eſt reuerſus ad ar
cham. Leuitici. xi. Omne quod ē
coruini generis nō manducabis
Per colūbaz peccata ignorantie
et venialia intelligunt. Oſee. vij.
Effraim qſi colūba ſeducta non
habens cor. Hec etiā emitti debēt
p cōfeſſionē. que ſi iterꝝ reuertūt
iterū remittant ſicut aqua de na
ui. ne mentez ſubmergant p ſuaz
habūdantiā p mortale peccatuz
Itez ad orandū. ps. Os meū ape
rui. glo. petendo. querēdo. pulſan
do. Juxta illud. Petite ⁊ accipie
tis ⁊c̄. Et attraxi ſpūm. ſcz qui do
cet orare. ⁊ qui libēter vadit vbi
rogat ⁊ deſiderat. ad Roma. viij.
Spiritus poſtulat pro nobis ge
mitibus inenarrabilibꝫ. id eſt. ad
poſtulanduz docet. et inflammat
Iſidorus. Quando quis orat ſpi=
ritum ad ſe vocat. et cū venerint

omnia temptamenta demoniorū
que ſe mentibꝫ humanis immer
gunt confeſtim effugiunt. Item
ad laudandū deuz. ps. Domie la
bia mea aperies. glo. ꝓpter pec=
cata clauſa. Et os meū annūcia=
bit laudez tuā. Quia non eſt ſpe
cioſa laus in ore peccatoris ⁊c̄.
Eccl. xv. ps. Repleatur os meuz
laude. id eſt. fac me indeſinēter te
laudare vt cantē tota die magni
tudinē tuā. glo. Quia anteꝙ eēm
feciſti me cuz eſſem ſalutē michi
dediſti. cū peccaſſez ignouiſti. cō
uerſum viuificaſti. pſeuerantē co
ronaſti. ideo benedicā dn̄m in omi
tempore. Manꝰ aperiēde ſūt ad
duo. Primo ad danduz paupibꝫ
Prou. vltimo. Manus ſuas ape
ruit inopi. Sed multi manus ha
bent ad accipiēdū apertas. et col
lectas ad danduz. Cōtra quos di
citur. Eccl. iiij. Non ſit manꝰ tua
ad accipiendū porrecta. ⁊ ad dan
duz collecta. Secūdo ad operan
duz. Non eñ poſſumꝰ operari ſi
ne iſtrumēti apprehēſione. Prou.
vltimo. Manū ſuā miſit ad fortia
Sed piger ita habet manus con
tractas. quia nichil poteſt appre
hendere. quia abſcōdit piger ma
nū ſuā ſub aſſella. ⁊ laborat ſi ad
os ſuū eam cōuertat. Prou. xxvi.
Et. xx. Propter frigus piger ara
re noluit mendicabit g estate ⁊
non dabit illi ⁊c̄. Oculi apiendi
ſunt ad duo. Similiter ad conſide
rationem penarum. Baruch. ij.
Aperi oculos tuos et vide. quoni
am nō mortui qui ſunt in inferno
dabunt laudem et honorem deo

Sed anima triſtis ſup magnitu=
dine mali ſui· quaſi diceret· Hic
eſt locus iuſtificatōis·ibi nō·Sed
ſtultus non timet donec accipit
Ita multi nō cauēt de ſupplitō do
nec accipiēt·et tunc tarde· Yſaie·
xxxviij·Vadam ad portas inferi=
Bern·Vadaz et euadā ⁊c·Dex=
ter oculꝰ aperiēdꝰ eſt ad cōſide
ratōem ꝑmioꝝ celi · Prouer·xx.
Aperi oculos tuos ⁊ ſaturare pa
nibꝫ· Aperi ꝑ cōtemplatōnē et
deſideriū celeſtiū·oculos tu⁊s·ſcꝫ
mentis tue· et ſaturare panibꝫ ꝑ
deuotionē·Oculꝰ eni paupis eſt
ſemp ad tenentē panē·ps·Oculi
mei ſemper ad dominum·

Quō ambulanduz eſt ad deum·

Mbulare vel venire de
a bemus ad deuz vel ad ce
luz feſtināter ſicut pau
pes feſtināt ad portā diuitis pro
refectione vnꝰ diei· et multū eſt
debilis qui illuc nō feſtinat. Do
minꝰ parauit nobis menſaz et re
fectionē nō ad horaz vel diem·ſꝫ
in ꝑpetuū·et fecit eaz clamare ꝑ
euangeliū ſuū·Math·xi·Venite
ad me oēs qui laboratis ⁊ onera
ti eſtis ⁊ ego reficiā vos·Cibaria
huiꝰ mūdi nō reficiūt·ſed magis
famē ⁊ ſitim pariūt·Exemplū de
infirmo cui trahit̄ penna madefa
cta ꝑ os· nō ſedatur ſitis eiꝰ·ſed
magis ꝓuocat̄ Nam qui biberit
ex aqua hac ſitiet iteruz·i·tempo
ralibꝫ iſtis· Feſtinemus ergo in
gredi in illam requiē ne claudat̄
nobis ianua vel leuet̄ pons miſe
ricordie·qui modo eſt dimiſſus·⁊

excludamur cū fatuis virginibꝫ
Modo dominus comedit oſtio a
perto id eſt miſericors ſꝫ in morte
claudit̄ porta· ⁊ eleuat̄ pons quā
do tempus miſericordie ceſſabit·
Bernardꝰ·Feſtinemꝰ ad locū tu
tiorē·ad agrū vberiorē· ad paſtū
ſuauiorē·vt habitemꝰ ſine metu·
habūdemꝰ ſine defectu·epulemꝰ
ſine faſtidio·Exemplū de viatore
qui feſtinat vt piculoſā terrā trā
ſeat cito· et ad terrā ſecuram ve=
niat·et quādo parū habet de die
et adhuc longe eſt ab hoſpitio
ne nox id eſt mors eū apprehēdat
Et de opario qui feſtinat vt die=
taz ſuā pficiat vt poſtea quieſcat
Et pegrino qui facit magnā die
tam vt veniat patriā ſuaz· Joh·
xij·Ambulate dū lucem habetis
vt nō tenebre vos cōprehendāt
Item eundū eſt honeſte·Nō eni
videt̄ honeſte ire qui vadit de no
cte·vt adulteri.fures·latrones·⁊
cōſimiles qui diligūt opera tene
braꝝ·id eſt peccata Joh·iij·Qui
male agit odit lucez ⁊c· Ro·xiij·
Abijciamꝰ opa tenebraꝝ·Item
nō vadit honeſte qui vadit nudꝰ
Vnde ſequit̄·Et induamur arma
lucis·i·virtutes·ſicut in die hone
ſte ambulemꝰ· Apoca·xvi· Bea
tus qui cuſtodit veſtimēta ſua ne
nudus ambulet·Col·iij·Induite
vos ſicut electi dei ſancti et dile
cti ⁊c· Yſaie·lij· Induere veſtim
tis glorie·q ſcꝫ ad glaz ducūt Il
le qui nō habuit veſtez nuptialē
expulſus fuit a nuptiis· Math·
xxij·Et·i·Teſſal·iiij·Precipimus
vobis vt honeſte ambuletis ad

eos qui fori ſunt in cōuerſatione
veſtra ipſos edificantes·Itē am
bulandū eſt digne·Eph·iiij·Ob
ſecro vos ego vinctus in dño vt
digne ambuletis vocatione qua
vocati eſtis·ſ· ꝓut reqrit digni=
tas illa·ſ·vita eterna ad quaz vo
cati eſtis· Digne ambuletis/ ne i
viam in dignā cōuertatis· ꝓpter
quā dignitatē illā pdatis·Stultꝰ
eſſet qui eſſet electꝰ in epiſcopū
ſi ante cōfirmationē aliquid con
mitteret vnde epiſcopatū pderet
Sic ille qui peccatū mortale con
mittit· ꝓ quo vitaz eternā amit=
tit·Eph·i·Elegit nos ante mūdi
cōſtitutionē vt eſſemꝰ ſancti ⁊ im
maculati i cōſpectu eiꝰ in carita
te·Itē digne vt illa modica ⁊ in
digna tempalia cōtemnatis · Si
alicui pertinet regnum ex parte
matris·fatuꝰ eſſet et inſanꝰ ſi ꝓ
aliqua modica terra regnū dimit
teret·Sic ſunt illi qui ꝓ terrenis
eterna dimittūt·ps· Quid michi
eſt in celo et a te quid volui ſup
terrā·Seneca·Ante hoſtes con=
temne opes ⁊ te dignū finge deo
Nemo deo dignꝰ eſt niſi q opes
cōtemnit·Itez digne·vt pro illa
digne opemini·Magnitudo pre
mij magnū requirit laborem·Et
iuſtuz eſt ꝙ multū laboret mer=
cenarius qui magnā mercedē ex
pectat·ideo dicit̄·Col·i·Ambu=
letis digne deo ꝑ omnia placen=
tes·in bono fructificantes et cre
ſcentes in ſcientia dei· Itez caute
Eph·v·Videte quō caute ambu
letis· Ambulare debet ſapienter
qui vult caute ambulare ⁊ debet

reſpicere initium vie· id eſt vite
et mediū·et finē·Bernardꝰ· Ho
mo cōſidera vnde venis· et erube
ſce vbi es· ⁊ ingemiſce q̊ vadis
et cōtremiſce· Itez caute ambu
landū eſt·qꝛ arta eſt via que du=
cit ad vitam· qa ꝙcito pes extra
illā viā ponitur/ labit̄·Exemplū
de alpibꝫ et de planta ſtricta pe
nitentie que ab vna pte ripe hu
ius vite vſqꝫ ad aliam ripam pa
trie extendit̄·Et tunc dñs porri=
git tibi manū/ cū tu manū das ei
per rectaz intentionē·bonū ſcꝫ ei
attribuendo·ps·Tenuiſti manuz
dexteraz meā ⁊c·Vnde qui ſuper
ſtrictā plantā vadit nō debet muſ
ſitando incedere·ſed reſpicere ad
pedes ſuos·i·ad finem ſuū· Eccl·
vij· In omnibꝫ operibꝫ memora
re nouiſſima tua et in eternū non
peccabis·ſed dicit·ps·Nō eſt re
ſpectꝰ morti eoꝝ ⁊c· Et nota ꝙ
lati currus·i·large cōſcientie· nō
poſſunt bene currere per artā viā
penitētie ſine ſubuerſione·Eccl·
xiij· Attende auditui tuo qm̄ cuz
ſubuerſione tua ambulas· Itez q
vult caute ambulare debet malā
ſocietatem vitare·Prou·i· Fili ſi
te lactauerint peccatores ne am
bules cū eis·De hoc require in
fra de mala ſocietate· Item ſolli=
cite·Michee·vi· Indicabo tibi o
homo quid ſit bonū·et quid dñs
requirat a te·vtiqꝫ facere iudiciū
⁊ diligere miſericordiā ⁊ ſollicite
ambulare cū deo· Tolle ergo ti=
bi iudiciū/ ꝓximo miſericordiaz/
deo ſollicitudinē· Auctoritatē iu
dicādi dimiſit nob dñs·i·Coꝝ·xi·

Si noſmetipſos iudicarēmus nō
vtiqꝫ iudicaremur· Si ergo in cō
feſſione feras ſententiā tue dāp=
nationis· deus ꝓferet abſolutio=
nis. Recte ergo iudicate filij hoiꝫ
Non recte iudicat qui peccatum
ſuū alleuiat· et peccatuꝫ alterius
grauat. vt phariſeus publicanū
Exempluꝫ de ludo ſchacorū vbi
clarius videt quis in ludo alteri⁹
ꝙ in ꝓprio· Sic homo videt faci=
lius culpā alterius ꝙ ꝓpriā· Iſti
in facie blandiunt et occulte de
trahūt· pacem cū proximo ſuo lo
quūtur· et occulte ponūt ei inſidi=
as· vt ioab cū amaſā· Similes ſūt
burſe tabernarij que diuerſa ha=
bet folia ꝓpter diuerſas monetaſ
ſequit· Et diligere miſericordiaꝫ
id eſt cū bono vultu dare ⁊ dimit
tere· qui facit bonū vultū paupi
et dn̄s ei· Qui arridet ſpeculo et
ſpeculū ei· Criſo. Tali vultu reſpi
cit deus ea que facis cū quali fa=
cis· ij· Cor· ix· Hylarē datorē dili
git deus· ſequit· Et ſollicite am=
bulare cū deo tuo· Qui vadit cuꝫ
deo vadit cū eo qui viam oſtēdit
⁊ expenſas ſoluit. nolite ergo ſol
liciti eſſe dicentes· Quid mādu͏ce
mus aut qd bibamus· Math· vi·
Scit eni pater veſter quia his oī
bꝫ indigetis· Criſo. Qui ad fōtē
vadit nō eſt ſollicit⁹ quid bibat
vel ad magnū cōuiuiū· vel cū ma
gno dn̄o qd comedat. quid ergo
times ſtulte· Maior eſt fonte dei
ꝓuidētia· i. Petri· v· Omnē ſolli
citudineꝫ veſtrā ꝓijcientes in euꝫ
qm̄ ipſi cura eſt de vobis· Itē am
bulandū eſt ſimpliciter per hu
militateꝫ et pauptatem. nō ſicut
diuites et ſupbi qui vadūt de hu
meris et capite. qui vident ruere
Prou· xix· Melior eſt paup am=
bulās in ſimplicitate ſua ꝙ diueſ
torquēs labia ſua decipiēdo ⁊ de
ridendo· Prou· x· Qui ābulat ſim
pliciter/ ambulat cōfidēter· qꝛ va
dit cū deo qui euꝫ deffendit et di
rigit· qa ſimplicitas iuſtorū diri=
get eos· et puerſitas prauoꝝ va
ſtabit illos. Item perſeueranter
Gen· xxxij· Abijt iacob itinere q
ceperat. Iob· xxvij· Iuſtificatio=
nē quaꝫ cepi tenere non deſeram
Animalia ibant ⁊ nō reuertebā
tur ſicut canis ad vomituꝫ· et ſus
lota in luto ſe iterū ꝓijcit· Sapie·
vij· Neminnē diligit deus niſi eū
qui cū ſapiētia inhabitat et pſe=
uerāter inhabitat· Non eni q̄rit
deus hoſpiciū vn⁹ noctis· nec po
nit ibi pedē niſi ad manendū per=
petuo· Ioh· xiiij· Ad eū veniem⁹
et manſionē apud eum faciemus
Multuꝫ eſt manere cuꝫ deo· et in
ſanus qui deū a ſe elongat p pec
catū· qui venit inter nos ad exhi
bendū beneficia caritatis· Mane
te inquit in dilectione mea pſeue
ranter· Aliqui recipiūt deū ſoluꝫ
in tranſitu quaſi pegrinuꝫ· Sic fit
in p̄dicacatione vel in quadrage=
ſima vl' in īfirmitate· talibꝫ nc̄ cō
municat beneficia ſua· ſed perſe=
uerantibus· quia qui perſeuera=
uerit· hic ſaluus erit·

Sequitur thema.

P Opulus gēciū q ambu
labat ī tenebris vidit lu
cem magnā habitātibꝫ
in regione vmbre mortis· lux or=
ta· Yſaie· ix· Sicut ī cognitione
corpaliū neceſſaria eſt lux corpa
lis· ſic ī cognitione ſpūaliū neceſ
ſaria ē lux ſpūalis· que ē grā dei
Sicut aūt videm⁹ ꝙ de die ē ſuf
ficientia lucis corpalis· qꝛ ſol qui
lucis eſt p̄ncipiū apparet ſup ter=
raꝫ· ſed in nocte ſunt tenebre niſi
luna [illegible]iat ſup terraꝫ/ que recipit
lumē a ſole· Sic i glia padiſi vbi
eſt ſemp dies/ ē ſufficiētia grē· qꝛ
xp̄s qui ē ſolis p̄ncipiuꝫ. ſcꝫ lucis
grē· apparet ⁊ manifeſtat ſanctiſ
Sed nobis qui ſum⁹ in mūdo eſt
nox· qꝛ ip̄e ſol xp̄s nō manifeſtat
nobis· ⁊ ideo ſum⁹ ī tenebris· ⁊ in
eis in noſtris opibꝫ ambulam⁹
niſi luna· i· beata maria q̄ ab ip̄o
ſole recipit lumē grē ſup nos o=
riat· vnde ī his verbis dicit· Po=
pul⁹ q ambulabat in te· ⁊c· An
teꝙ beata virgo xp̄m cōcipet et
pareret vidit ⁊c vſqꝫ ibi· Lux or
ta ē eis· luna videlicꝫ recepta lu=
ce a ſole· Ipſa vero excedit iſtaꝫ
lunā corpalē· qꝛ in qlibꝫ mēſe mi
nuit· et tandeꝫ pdit qn̄ nō recipit
lumē a ſole/ nec emittit· ⁊ ideo nō
poteſt ſemp illuminare· ſed hec lu
na ſemp plena ē· Luc· i· Aue grā
plena· ⁊ ideo ſemp emittit lucē ⁊
ſemp poteſt illuminare· Ad ipſaꝫ
ergo recurram⁹. Introitus·
Sicut pc̄tm eſt quedā infirmitas
anime que reddit eā impotentē
ad faciendā opa vite· i· p que hō
mereat vitā eternā· ita mundicia
a pcc̄o ⁊ ſanctitas vite ē ſanitas
ei⁹· qꝛ tūc eſt aīa potēs ad facien
dū opa vite eterne meritoria· Sicꝫ
autē ſanitas corpalis cōſeruatur
p exercitiū deambulationis· qꝛ de
ābulatio excitat calorē naturaleꝫ
q ē p̄ncipiū ſanitatis· Sic de am=
bulatio ſpūalis q̄ ē facere bona
opa/ cōſeruat ſanitatē aīe· qꝛ exci
tat calorē ſpūalē· i· amorē dei qui
eſt cauſa munditie a peccato et
ſanctitas vite· Diſtinctio.
Sciendū eſt ꝙ ſicut in deambula
tione corpali tria corpaliter ſunt
cauēda ſi hō vult ad locū q am=
bulat puenire· ſ· error/ caſus/ ⁊ de
fect⁹. Sic in deambulatione ſpūa
li ſi hō vult ire ad ei⁹ terminū· ſ·
ad padiſi gloriā puenire a p̄dictiſ
tribꝫ ſpūaliter ē cauēdū· Primo
cauendū eſt ab errore ne hō deui
et· Via aūt p quā eſt ambulāduꝫ
ſūt articuli fidei credēdi· ⁊ p̄cepta
fidei facienda· Sicut aūt q deuiat
nūꝙ ad locū puenit ad quē vult
ambulare/ niſi ad viā redeat deui
ū dimittēdo· Sic ſpūaliter q errat
in via padiſi deuiādo a fide ⁊ pre
ceptis dei/ nūꝙ puenit ad ciuita=
teꝫ padiſi niſi ad eā redeat ⁊ erro
rē p penitētiā dimittat· ad iſtud
aūt cauendū valet multū noticia
vie· Illi eni q viā neſciūt errāt et
deuiāt qn̄ nolūt· ſed illi qui viam
ſciūt non errant nec deuiant niſi
velint ſcienter ex malitia· Sic ſpi
ritualiter qui ignorant fidem et
mādata dei frequēter deuiāt· p̄s·
Neſcierūt neqꝫ intellexerūt· in te
nebris ambulāt· Sed q ſciūt poſ=
ſunt recte ambulare· ⁊ ſe cauere
ab errore ſi volūt· Ioh· xi· Si qs
ambulauerit in die nō offēdit· qꝛ
lumē hui⁹ mūdi videt· Iſta autē

noticia acquirit̄ p̱ audientiã p̄di
cationū. Nota ꝙ i via corpali qñ
hō errat ⁊ incipit deuiare in p̄nci
pio modicū diſtat a via recta. et
ſic defacili poteſt redire ad eam
Sed quãto hō plus vadit pl⁹ di
ſtat. ⁊ difficili⁹ eſt ⁊ laborosi⁹ re
dire ad viã rectã. Sic ſpūaliter
quãdo incipit deuiare a fide. paꝝ
diſtat a veritate fidei et de facili
homo reducit̄. ſed ſi hō diu rema
neat i illo errore paulatim redu-
cit̄ hō ex illo errore i mltos alioſ
errores et multas hereſes. et ſic
mltū diſtat a via veritatis. ⁊ dif
ficili⁹ eſt reuerti. imo aliq̄n mlti
nullaten⁹ poſſunt reduci i tota vi
ta ſua tantū diſtãt. Si hō incipit
deuiare a p̄ceptis dei. faciẽdo vnū
pc̄cm mortale. parū diſtat a via
padiſi. et de facili reducit̄ ad eã
p̱ penitentiã. ſed ſi diu remaneat
in peccato illo. paulatim trahit̄
p̱ illd ad alia. qꝛ ſm Greg. pecca
tū qd̄ p̱ penitẽtiã non diluit̄. mox
ad illud ſuo põdere aliud trahit.
Et ſic mltū diſtat hō a via dei ⁊
difficili⁹ ad eã redit ꝓpter cõſue
tudiẽ. Et ideo quãdo deuiauerit
a via dei ſtatim debet reuerti per
penitenciã. nec debet expectare
diu. Phil. iij. Multi ambulãt q̄s
ſepe dicebã vobis. quoꝝ finis in
terit⁹. Secũdo a caſu ne hō corru
at. Ille eni qui cadit ꝙ̃ diu iacet
nō ꝓcedit in via. et ſi p̱ totū tem
pus vite ſue iaceret vbi cecidit
nunꝙ̃ p̱ueniret ad locū q̄ vellet
ꝙ̃tūcūqꝫ bene ſciret viã. Sic am-
bulantes ſpūaliter neceſſariū eſt
cauere a caſu. ſcꝫ ꝙ non cadat in
peccatū. ſic eni nō ꝓcederet i via

ſua. nec appropinq̄ret ad ciuitatẽ
padiſi quãtūcūqꝫ laboraret. imo
magis p̱ueniret ad cõtrariū. Ad
iſtud aūt cauendũ ꝓdeſt qñ hō
cauet ſe et fugit a lubrico qd̄ eſt
occaſio cadẽdi. hoc ē a mala ſocie
tate et aliis oportunitatibꝫ. q̄ ſūt
occaſiones peccãdi. qꝛ multos ca
dere faciūt in peccatū. Sic facie-
bat illa ſancta dña que dicebat
Thobie. iij. Nunꝙ̃ cū ludentibꝫ
miſcui me. nec cū his q̄ in leuita-
te ambulãt. Nota ꝙ ſic ille q̄ ca
dit corpaliter ꝙ̃ diu iacet in loco
caſus. p̱dit temp⁹. qꝛ quicq̄d faci
at iacendo nō ꝓdeſt ſibi ad am-
bulãdū ad locū q̄ vult ire. Sic q̄
eſt in peccato p̱dit temp⁹ ſuū qꝛ
nichil boni qd̄ facit ꝓdeſt ſibi
ad p̱ueniendū ad vitã eternã. Et
ideo ſi forte cadit hō debet ſe ſta
tim leuare de peccato p̱ peniten
tiã. et ſic ꝓſequi viã ſuã et ita po
terit ſe leuare et poſtea fortiter
ire. qꝛ nichil nocebit ei caſus qui
faciat dietã ſuã vna die. ſcꝫ in vi-
ta. ita ꝙ i nocte mortis erit in ho
ſpitio padiſi. qꝛ illud qd̄ in loco ē
imorat⁹ totū poteſt recõpenſare
p̱ velocẽ ãbulationẽ quã poſtea
facit. Si autẽ diu iaceat vere nō
poterit vna die. ſcꝫ in vita ſua fa-
cere totã dietã ſuã. et ita oporte
bit ꝙ poſt noctẽ mortis laboret
in purgatorio anteꝙ̃ veniat ad
oſtiū padiſi. Sed cauẽdū eſt ꝙ ſi
homo iaceat vſqꝫ ad noctẽ mor-
tis nō hẽbit temp⁹ ſurgẽdi. So-
la eni vita p̄ſens ē temp⁹ ſurgen
di a peccato et faciẽdi penitẽciã
⁊ dūmodo hō in die hui⁹ vite ſur
gat de peccato. et ponat ſe in via



per penitentiã. ſi defecerit aliq̄d
de via qd̄ nō p̱ficiat̄ ante noctẽ
mortis. poterit poſt mortẽ noctis
in purgatorio emũdari. Joh. xij.
Ambulate dū lucẽ. i. vitã habe
tis. vt vos tenebre. ſ. mortis non
cõp̄hendãt. Tertio a defectu. ne
homo deficiat. qꝛ quãtūcūqꝫ eni
hō ambulaſſet p̱ viã ſi deficeret
i fine vie paꝝ valeret quicq̄d iuiſ
ſet. Sic q̄ ãbularet p̱ viã mãdato
rū dei. faciẽdo ea in tota vita ſua
et i fine deficeret. paꝝ valeret ſi-
bi. et ideo neceſſaria ē p̄ſeuerãtia
Ad hoc valet cõfidẽtia in dei ad
iutorio. ſi eni hō velit. de⁹ q̄ dedit
bene icipe. dabit bene finire. Yſa
xl. Qui ſperãt i dño mutabūt for
titudinẽ. aſſument pẽnas vt aq̄le
currẽt ⁊ nō laborabūt. ãbulabūt
⁊ nō deficiẽt. Nota ꝙ de⁹ nō iu-
dicat hoiem ſecūdū ſtatū in q̄ ali
qñ fuit ſed ſm illū in q̄ inuenit
Secundum eſt aſſiduitas iurandi. Eccl'. xxiij. Iurationi nō aſſueſcat os tuum Vir poteſt eſſe qui frequenter iurat quin aliquando piuret. Iteʒ nominatio dei nō ſit aſſidua in ore tuo ꝓpter periculū piurij. Ille enim qui licitum iuramentum facit. quaſi laqueum ad collum ſuum ponit. Prouer. vi. Illaqueatus es verbis oris tui ⁊ captus ꝓprijs ſermonibus. Quādo vero iuramentum tranſgreditur ipſe laqueo illo quaſi ꝓprijs manibus ſe ſtrangulat aut tranſgulat. Tertium eſt falſitas. Ieremie. iiij. Iurabunt. viuit dn̄s in iuſticia et veritate ⁊c. quando aliquis piurat et manuʒ ſuā quā extēdit ad reliquias vel ad librꝝ dat diabolo. et donec peniteat đ periurio. manus illa diaboli eſt. ⁊ quicquid facit de manu illa vl' ſignat vel comedit manu diaboli facit. Exemplum de illo qui cū periuraſſet. dixit. Nunquid breuior eſt manus iſta quaʒ extendi ad reliquias altera. et ſtatim cōbuſta eſt manus illa. Item falſarius videtur eſſe ſiq̇s ſigillo alicuius dn̄i ſui commiſſo ad defendendam aliquaʒ veritatem vteret̄ ad aliq̇d falſuʒ ꝯfirmandū. cū deus permiſit hominibus vt aſſumant nomen ſuum ad confirmationem veritatis. ſi vtantur noīe ipſius ad confirmationem falſitatis. ipſi falſarij ſunt. Qui enim falſum iurat vult deum inuoluere in peccato ſuo. Cum enim iurare ſcđm Auguſtinum ſit deuʒ teſtem inuocare. cum ipſe iurat falſum. ipſe vult deum teſteʒ adducere falſitatis. Item vult facere ꝙ deus reputetur deceptor dum in nomine eius vult homines ſeducere. Zach. viij. Vnuſquiſqʒ malum contra ꝓximū ſuū ne cogitetis in cordibus veſtris et iuramentum mēdax ne diligatis. Quartum eſt quando iurat pro nihilo. Exodi. xx. Non aſſumes nomen dei tui in vanum. Et Deutro. v. Non vſurpabis nomen dei tui fruſtra. quia nō erit impunitus qui ſuper re vana aſſumpſerit illud. Quintuʒ ē blaſphemia. Oſtenditur magnitudo huius peccati ex pena qua legitur dominus puniſſe blaphemātes. Leuiti. viceſimoquarto. Hic q̇ maledixit deo portabit peccatū ſuum et qui blaſphemauerit nomen domini morte morietur. lapidibus obruet eum omnis multitudo populi. Exemplum de puero quinqʒ annorum. Magna offenſio dicere conuitiū militi. maior regi. quanta eſt dicere ſummo regi. Qui quereret ab aliq̄ ſi vnꝗ̄ dixerit conuitium epiſcopo vel regi terreno. Reſponderet ꝙ non. quia non auderet. vel quia nō meruerunt. et tamē audet deo dicere qui nūꝗ̄ ei nocuit ſʒ ſemper iuuit. immo etiam qui diceret ei quod ipſe dicit deo nunꝗ̄ diligeret eum ſed diceret ſibi magnam iniuriam fieri. et tamen facit deo qui eſt dominus eius. ſed ſoluet in futuro. Ideo dicit Auguſtinus.



Nō minus peccant qui deuʒ blaſphemant in celis. ꝙ̄ qui ipſū crucifixerunt in terris.

De hipocritis.

Ypocrita ſpēm habʒ ſāctitatis ſʒ non opera. Iō compatur ſtrutioni. Iob xxxix. Penna ſtrutionis ſimilis ē penne herodij. i. ſimil' ē hypocrita bonis in conuerſatione. ſed nō in veritate operis et volatu contemplationis. Itē aliqui fructus qn̄qʒ ſani exterius apperent. ſed interius putridi et vermiculoſi. et ſub pictura aurea qn̄qʒ latet lignum putridū ⁊ vermiculoſum Math. xxiij. Ve vobis hypocrite q̇ ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis ⁊c. v. Nō teneas aurꝝ totū q̇d ſplēdet vt aurꝝ. Nec pulcruʒ pomū q̇dlibet eſſe bonū. Itē hypocrita eſt ſicut nux pforata intus vacua vn̄ ē habēs interi⁹ q̄ in ignē proijcit̄. Sic hypocrita vacuus grā dei cuius cōſciētiā vermis peccati corrodit. in ignē etnū ꝓijcit̄. Math. xxv. Seruū inutilem proijcite in tenebras exteriores. Itē hypocrita ſimilis eſt ſimario vel ſterquilinio niue cooperto qđ exterius eſt cādidū ſed interius fetidū. Itē latrinā viciorū ſuorū operit pallio religionis falſe. Eccl'. xxxvij. O pſumptio nequiſſima vnde creata es operire aridā nequitia ⁊ doloſitate illius. Hypocrita q̇d exterius eſt mūdat et q̇d interi⁹ eſt relinquit inmundum. Hypocrita mūda pus q̇d interius eſt vt illud q̇d eſt exterius fiat mūdum. Itē hypocrite ſunt ſicut falſi nūcij qui portāt pixidem pictam armis regis. ſed intus nō hn̄t litteras nec ſigillū dn̄i ſui. Sunt etiam ſimiles cigno qui albus eſt exterius ⁊ intus niger. Sunt etiam ſimiles cyrogrillo qui eſt aīal debile rapax mortiferum et ſpinoſum quod cito ꝓuocatur. Cor extractum a corpore diutius mouetur. ſic hypocrita cito prouocatur ad iram dum retinet rancorem in corde. Ideo leuiti. xi. ꝓhibemur comedere cyrogillum. Itē eſt ſicut lupus pelle ouis indutus. Sed quomō cognoſcetur. ſi percutiatur baculo oſtēdit dētes. ſed vt ouis capite inclinato tranſibit. Math. vij. attēdite a falſis prophetis qui venīūt ad vos i veſtimētis ouiuʒ ⁊c. Itē ē angelus tenebrarū trāſfiguratus in angelū lucis. ij. Cor. xi. Itē ē ſimilis vulpecule q̄ ſimulauit ſe mortuam vt poneret̄ in quadriga vbi erāt allecia ⁊ tūc comedēdo ſe viuā oñdit. ſic hypocrita ſimlat vulpeculā mortuā donec hēat vnā magnā p̄latiōʒ vel p̄bēdā i q̄ poſſit vacare delicijs ⁊ iuſtos ⁊ ſimplices affligere. Ezech. xiij. Quaſi vulpes i deſerto ꝓphete tui iſrahel. Itē ſil'is ē candele q̄ alios illuminat ⁊ ſe cōſumit. Opa em̄ illoꝝ alijs per bonū exēplū ꝓficiūt ⁊ ſibi nocēt. Apoc. iij. ſcio opa tua qđ nomē hēs ꝙ viuas ⁊ mortu⁹ es. Nota ꝙ nō ē ſecurū portare candelam qn̄ ventus flat ſine operculo ne extiguat̄

Sic non eſt ſecurum illi in cuius
corde ventus vane glorie adhuc
flat bona in aperto facere. Itez
hipocrite deum reputant excō-
municatum maiori excommunica
tione. quia non permittunt intra
re ecclesiam. i. cor ſuum. ſed vo-
lunt ꝙ exterius remaneat in por
ticis id eſt veſtimentis religioſis
Luce. xvi. Vos eſtis qui iuſtifi-
catis vos coram hominibus. deꝰ
autem nouit corda veſtra. Exē-
plum de illo qui ſimulabat ſe ie
iunare et occultē comedebat. ⁊
ideo datus eſt in morte draconi.

De igne purgatorij.

Vnt quidam heretici q̄
dicunt purgatorium nō
eſſe. dicenteſ ꝙ cum dn̄s
remittit culpam remittit et penā
vnde omnis decedens aut tranſit
in paradiſum ſi peccatum ſit ei re
miſſum vt latro moriens in cru-
ce. cui dictum eſt. Hodie mecum
eris in paradiſo. Luce. xxiij. aut i
infernum ſi non ſit ei remiſſum. ſi
cut diues qui mortuus eſt et ſe-
pultus in inferno. Contra iſtos
ratio eſt aperta in contrariū. Cō
ſtat ꝙ non omne peccatuz ē mor
tale. ſic nec omnis infirmitas ad
mortem. nec omnis offenſa pu-
nitur a iudice pena mortis. Nec
omnis caſus inducit mortem. et
ſic de alijs multis. Sed ponat̄ ꝙ
aliquis decedat in venialibus ſo
lum cōſtat ꝙ non cōdamnabitur
in eternū. quia non habet morta
lia. ergo ſaluabitur aliq̄n ex q̄ n̄
damnabitur. Non poteſt autem
ſaluari niſi purgetur. ergo eſt

aliquis locus in alio ſeculo ad
purgandum. Item cum aliquis
cōfitetur de mortalibus grauibꝰ
aut remittitur tota pena neceſſa
rio. aut non. ſi ſic. quis ergo face
ret fructus dignos penitentie iu
xta preceptuz Joh. baptiſte Lu
ce. iij. Si non. ergo ſi decedit ante
ſolutionem pene oportet ꝙ in a
lio ſeculo ſoluat penam nondum
ſolutam. nō autem erit eterna q2
nō dānabitur. ergo trāſitoria. er-
go in alio ſeculo eſt pena purga
toria que tranſit et purgat. Po-
teſt aūt ſane credi ꝙ illa pēa eſt
ignis iuxta v̄bū apoſtoli. i. Cor.
iij. Si cuius opus arſerit detrimē
tum patietur. ipſe autem ſaluus
erit. ſic tamen quaſi per ignem.
Videtur autem ſentire. Grego.
in dialogo ꝙ idez ſit ignis infer-
nalis et purgatorius. ſicut idē ē
ignis qui aurū purgat et paleas
cōcremat. et ſ̄m hoc videt̄ ponē-
dus locꝰ purgatoriꝰ ſubtꝰ lim-
bū quaſi ignobilior locus de quo
purgati trāſierūt olim ad limbuz
Itē credit̄ ꝙ mali angeli ſint mi
niſtri pēaꝝ. q2 boni āgeli n̄ legū
tur puniſſe bonos. magis aūt cō
ueit hoc malis ⁊ q̄uis n̄ itēdant
purgare ſ3 affligere. tn̄ illa puni
tio ē purgatō. dr̄t aūt hec pēa p̄
ſētis pn̄e i t̄bus ab alia. p̄mo. q2
hec leuior illa acerbior. Scd̄o. q2
hec it̄dū breuior illa prolixior. t̄
cio. q2 hec n̄ ſolū purgatia ſ3 eti-
az meritoria p̄mij maioris. illa v̄o
retardat a premio. Dico ꝙ pēa
illa acerbior eſt iſta. Ibi puniēt̄
venialia et debite relique pro
mortalibus que nō ſūt hic ſolute



De primo grego. De quibuſdā
leuibus culpis ante iudiciuz ig
nis purgationis credendus eſt.
De ſecundo Auguſti. Purgan
dus eſt igne purgationis qui hic
diſtulit fructum conuerſionis. H
autem ignis et ſi eternus non ſit
miro modo eſt grauis. excedit ei
omnem penam quaz aliquis paſ
ſus eſt in hac vita. Nunq̄ enim
in carne tanta inuenta eſt pena.
licet mirabilia paſſi ſint marty-
res tormenta. Exemplum de ab-
bate qui ardebat in fōte. quia cō
ſuluit de nepote ſuo fieri abbatē
Et de illo qui elegit eſſe in pur-
gatorio duobꝰ diebꝰ magis q̄ ſu
ſtinere infirmitatē ſuam duobꝰ
ānis. Multi tamē ſunt qui nō ti-
ment hunc ignem quia non co-
gitant de illo nec cōſiderāt cōditi
ones eius terribiles. ⁊ ideo nō ab
ſtinent a peccatis. Exempluz de
ceco qui trāſiuit paſſum periculo
ſuz. vbi videns non eſt auſus trā
ſire. Alij ſunt ⁊ ſi cogitant d̄ illo
tamē firmiter nō credūt. et iō nō
timent. ſcd̄m quod vulgariter di
citur. Stultus non timet donec ca
pitur. Exemplū. Gen̄. xix. de ſodo
mitis qui noluerūt credere Loth
de deſtructiōe ciuitatis ⁊ exire cū
eo. Alij non timēt quia non ſunt
experti iuxta quod dicitur de ca-
ne qui non fuit exuſtus aqua ca-
lida qui non timet tātū illā ſicut
ille qui fuit exuſtus. Exemplum
de illo qui petijt penitētiā breuē
Et de illo cui abbas precepit eſſe
in purgatorio poſt mortē ſuā. et
de illo qui ſemper habebat pla

gas recentes quas ibi habuerat
Item iſta pena interduz breuior
illa prolixior. Creditur enī ꝙ in
modico tempore per magnaz cō
tritionem vel penitentiaz hic vo
luntarie factam ſe poſſe quis ex-
pedire de longo ibidem ſuſtinen
da. Vnde iſte qui expectat face-
re penitentiam ſuam in purgato
rio ſimilis ē homini qui pro vno
obolo quez modo vult ſoluere ob
ligat ſe ad centum libras. quia il
la pena grauior eſt in centuplum
Ibi enī punientur culpe que mo
do non videntur. Exemplum de
auro quod videtur puriſſimum et
tamen ignis inuenit in eo qd̄ pur
get. i. Cor. iij. Vniuſcuiuſq3 opꝰ
quale ſit ignis probabit. Item
iſta pena meritoria eſt. illa retar
dat a premio. Caret enim dei vi-
ſione quam per timorem deſide-
rant ſancti habere. Exemplum
de paulo q̄ cupiebat diſſolui et eſ
ſe cū xp̄o. Phili. i. Retardant eti
am eorum premium. quia elemo
ſyne et legata eorum non ita cito
ſoluuntur. Exemplum de clerico
qui retinuit culcitram ſocij ſui.

De Lumine.

Ine lumine nec bene mi
niſtratur in domo. nec be
ne proceditur in via. nec
bene negociatur in foro. Nos ve
ro qui ſumus in eccleſia pre-
ſenti ſicut miniſtri in domo do-
mini ſui. Etiam in via preſenti ſu
mus ſicut viatores in itinere.

Jn mundo ſicut negotiatores in
foro·noluit dn̄s deus nos ſine lu
mine deſerere ſed nobis pro luce
dedit ſanctos doctores eccleſie·d'
quib⁹ dicit̄ Math.v·Vos eſtis
lux mūdi·Nota ꝙ eſt triplex lux
in mūdo·Quedā infundens et nō
infuſa·vt in ſole·Quedam infun=
dens et infuſa·vt in luna·Quedā
infuſa et non infundens vt in ae=
re·Jſtis tribus modis pōt conſi
derari triplex lux ſpūalis· Scd̄m
ꝓmū modum eſt in deo.ſcd̄m ſe=
cūdū eſt in doctoribus·ſcd̄m ter
tium eſt in ſimplicibus·Prima er
go lux tm̄ infundēs eſt deus de q̃
Joh·i·Erat lux vera que illumi=
nat omnem hominem venientē
in hunc mundum·Primo tangi=
tur lucis veritas. Dicitur em̄ lux
vera nihil in ſe habens de tene=
bris peccati·deus lux eſt. et tene
bre in eo non ſunt vlle·i· Joh·i·
Scd'o igitur deſcribitur lucis fe=
cūditas quia illuminans omnem
hominem·Sed cecus non illumi=
natur a ſole licet oriatur ſup bo=
nos et malos· ſic nec peccator a
gratia quia eſt in cōtraria diſpo
ſitione· Joh·i·Lux in tenebris lu
cet et tenebre eam non compre=
henderunt propter obſtaculum
peccati· Jdeo dicitur Eph·v· Ex
urge qui dormis et illuminabit
te xp̄s·Tercio tangitur neceſſi=
tas effectus cū dicitur·Venit in
hunc mundum. Omnis em̄ talis
intrat locum obſcurū et ideo egꝫ
lumine·Mundus em̄ obſcuratuſ
eſt fumo vanitatis· puluere cupi
ditatis·nebula carnalitatis·i· Jo

han·ij·Omne quod eſt in mundo
ꝛc̄· Jſa·ix. Habitantibus in re=
gione vmbre mortis lux orta eſt
eis. Sed ipſi fugiunt lucē vt no
ctua et querunt tenebras. et di=
lexerunt homines magis tene=
bras q̄ꝫ lucem. erāt em̄ eorum o=
pera mala· Joh·iij·ꝛc̄· Secūdo
videndum eſt de luce que eſt in=
fundens ⁊ infuſa·ſ·predicatoꝝ·d'
qua Job·xxxvij·Nubes ſpargūt
lumen ſuum· luſtrantqꝫ cūcta ꝑ
circuitum· quocūqꝫ voluntas gu
bernantis duxerit·Nubes vento
ſpūſſancti agitate predicatores
ſunt. De quibus igitur tria nota
hic·Primū eſt liberalitas doctri
ne·cū dicitur· ſpargūt lumē ſuū
p̄s. Diſperſit dedit pauperibus·
Auarus eſt qui candelam accen
ſam habens non vult accendere
alias cum non minuatur eius lu
men ex aliarum accenſione· Sa=
pi·vij·ſine fictione didici et ſine i
uidia coīco· Lux omnibus ſe coī
cat indifferenter· Eccl'·xlij· Sol
illuminans per omnia reſpicit·
Contra illos qui tm̄ diuitib⁹ non
pauperibus volunt predicare·
Itē lux idr̄nter oīa iuiſibilia maī
feſtat et omnium maculas reue
lat· Contra illos qui manifeſtāt
et arguunt peccata pauperum
nō diuitum. q̄ꝫuis ſoleat maior
candela coram diuitibus q̄ꝫ pau=
peribus accendi. Non ſic Johā
nes fecit qui arguebat herodem
Eph·v·Omnia que arguūt ma=
nifeſtantur a lumine. Secundo
tangitur latitudo caritatis·ibi lu
ſtrant cūcta per circuitū· Cōtra

illos qui non viſitant niſi loca pi
guea vbi bene procurantur· p̄s·
Jpſi diſpergentur ad manducan
duꝫ·Contra illud Marci·vi. Jhe
ſus circuībat caſtella· docens in
circuitu·Tertio tangitur humiliſ
eorū obediencia·ibi·Quocūqꝫ vo
luntas duxerit·Roma·x· Quomō
predicabunt niſi mittantur· Ter
tio videnduꝫ eſt de luce infuſa tā
tum·ſcꝫ ſimplicium·Prouer·iiij·Se
mita iuſtorū quaſi lux ſplendens
procedit et creſcit vſqꝫ ad perfe
ctum diem · Nota hic triplicem
ſtatum iuſtoꝝ· Jncipientiū·Pro
ficientiū·Perfectoꝝ· Jncipienti
um cuꝫ dicitur·Lux ſplendens·q2
iuſtorū vita in augmento eſt q̄ſi
ſplendor aurore·q2 ſemper creſcit
in eis lux et calor· vnde ſequitur
Procedit et creſcit ꝓficiēdo ſem
per· Canticoꝝ·vi·Que eſt iſta q̄
progreditur quaſi aurora conſur
gens·Sed multoꝝ vita et religio
eſt ſicut lux veſpertina que quā=
to procedit tanto decreſcit· Nota
ꝙ decreſcente·vmbra creſcit ca=
lor·et creſcente decreſcit·Sic de=
creſcentē amore temporaliū·cre=
ſcit feruor caritatis· et creſcente
minuitur· Jhere·vi· Ve vobis q2
declinant dies ⁊ prolixiores facte
ſunt vmbre veſperi q2 habunda=
uit iniquitas et refriguit caritas
Math·xxiiij·Nota ꝙ ſunt quidā
qui lucent ſicut luna noua que in
principio noctis tantum lucet·ſi=
cut illi qui ad tempus credunt ⁊
in tempore temptationis recedūt
Nam ſtultus vt luna mutatur·
Eccl'· xxvij· Quidam ſicut luna

plena que per totam noctem lu=
cet·ſicut illi qui per totam vitaꝫ
ſuaꝫ lucent bene operando· Eccl'·
l·Quaſi luna plena in diebꝫ ſuis
lucet ſic ꝛc̄· Alij ſicut luna vet⁹
que in fine noctis lucet·Sic illi q̇
in fine vite penitent·Sed lux ⁊ vi
ta iuſtoꝝ ꝓcedit vſqꝫ ad ꝑfectaꝫ
diem ſcꝫ eternitatis· Et hic tāgi
tur ſtatus ꝑfectoꝝ vita quoꝝ in
ſui conſumatione eſt ſicut meri=
dies·de quo Eccl'·xliij·Sol in me
ridiano exurit terraꝫ·id eſt corda
terrenoꝝ·Calor meridialis cogit
homines ſe ſpoliare· Sic feruor
caritatis omia relinquere·q2 non
eſt qui ſe abſcondat a calore eiuſ
Similiter nos debemus eſſe lumi
na lucentia/ardentia/viua·Lucē
tia per honeſtatē·Phil'·ij· Sitis
ſine querela·vt ſimplices filij dei·
ſine reprehēſione in medio natio
nis praue et peruerſe. inter quoſ
lucetis ſicut luminaria in mundo
verbuꝫ vite continētes ad gloriā
meaꝫ in die xp̄i·q2 non in vacuuꝫ
cucurri nec in vacuū laboraui ꝛc̄·
ſed luminaria nullaꝫ eclipſim pa
tiuntur ꝑ malū exemplū·Math·
vi·Vide ne lumē quod in te eſt te
nebre ſint· Jtem debemus eſſe lu
mina ardentia caritate·Luce·xij·
Sint lumbi veſtri precincti et lu
cerne ardentes in manibꝫ veſtriſ
Joh·v· Jlle erat lucerna ardens
Bernardus·Lucere tantuꝫ vanū
eſt·ardere ſanctuꝫ·Ardere et lu=
cere perfectū. Jtem debem⁹ eſſe
lumina viua· id eſt vigorem vir
tutis habentia·non ſicut ypocrite
qui lucent ſicut ligna putrida in

nocte huius mundi. ſed in die iu-
dicij apparebunt in colore ꝓprio
quādo deus illuminabit abſcon-
dita tenebrarum ⁊ manifeſtabit
conſilia cordium. vt dicit Apo-
ſtolus · primo · Cor · iiij ·

## De locutione.

d Ebet attendere qui loq-
tur. Quid dicat/ cui dicat
quādo dicat/ quomodo di
cat. Quid debet homo loqui doce
tur. i. Petri. iiij. Si quis loquitur
quaſi ſermones dei. et Eph. iiij.
Omis ſermo malus ex ore veſtro
non ꝓcedat ſed qui bonus eſt ad
edificationē fidei ⁊c̄. Qui eni non
timet inquinare linguā ſuā pl⁹ ꝙ
cetera mēbra. porcus potius vide
tur eſſe ꝙ homo. Porcus eni ita
cito ponit roſtruꝫ ſuum in luto ſi
cut pedeꝫ. Item porcus ſemp ha
bet os ad ſtercora apertū non ad
flores. ſic mali ad ſtercora pctōꝝ
nō ad flores v̄tutū. ex habūdātia
cordis os loquit̄. Math. xij. De
ore latrine et ſepulcro non egre-
ditur niſi fetor. p̄s. Sepulcrū pa
tens eſt guttur eoꝝ. omni fetore
inficiens qui ſunt in circuitu eius
Sicut corrumpunt bonos mores
colloquia praua. i. Cor. xv. Iteꝫ
porcus reprobatur ꝓpter grana
que habet in lingua. Sic homo
ꝓpter verba mala. Ieroni. In
verboꝝ pondere ꝓbatio conſiſtit
vite humane. Iteꝫ eſt ſicut canis
macelli qui ſemp habet labia ſā
guinolenta. Abhominabilis eſt q̄
os ſuum apertum habet muſcis
et alijs immūditijs vt quecunqꝫ
volunt intrare permittit ⁊ ibi im
munditias ſuas ponere. Sic ille
eſt qui per immūditia peccati dia
bolum permittit excreare in gu
lam ſuam. Sputum diaboli eſt im
mūditia peccati. Potius tolleran
da eſſet excreatio vnius leproſi.
vnde dicit Seneca. A verbis tur-
pibꝫ abſtinete qꝛ licentia eorum
impudentiaꝫ nutrit. Eph. v. Om-
nis fornicatio aut immūditia non
nominetur in vobis. aut ſtultilo-
quium. aut ſcurrilitas que ad reꝫ
non pertinet ⁊c̄. Item qui a ma-
lis verbis nō abſtinet eſt ſic̄ vas
ſine operculo quod imūdum eſt: et
cito refrigeratur. Sic homo qui
nō cuſtodit linguam ſuam imun
dus erit. Item debet attendere q̄
loquitur. cui loquatur. Gregori.
Obſecro diſce qualiter vnūquē-
qꝫ alloqui debeas. Dicitur enim
Eccl. xxij. Cum ſtulto non multū
loquaris. Apoſtolus. i. Timoth.
v. Seniorem ne increpaueris. ſed
obſecra vt patreꝫ. iuuenes vt fra
tres. Item debet attendere qui
loquitur. quando loquatur. Eſt
eni tempus tacendi. ⁊ tempus lo
quēdi. vt dicitur Eccleſiaſtes. iij.
Ex ore eni fatui reprobabitur pa
rabola. non eni dicit eam in tem-
pore ſuo. Eccl. xx. Qui eni ori ſuo
cuſtodiam non apponit eſt velut
ciuitas abſqꝫ muro: nauis abſqꝫ
gubernaculo. equus ſine freno.
molendinum ſine excluſa. domus
ſine oſtio. De primo dicitur Pro
uerbiorū. xxv. Sicut vrbs abſqꝫ
murorum ambitu. ſic homo qui



non poteſt in loquendo cohibere
ſpiritum ſuū. glo. ſi murum ſilen-
tij non habet. patet iaculis inimi
ci ciuitas mentis et dum per ver-
ba extra ſemetipſam proijcit. a-
perta ſe aduerſario oſtendit. In
periculo eſt ciuitas: cuius porta
eſt apperta tempore guerre et in-
tra inimicoꝝ fines ſita. Tales ſūt
illi apud quos nullum eſt ſilen-
tium. nullum ſecretum. nichil ce-
lare nichil abſcondere ſciūt. quic
quid audierint vel viderint in pu
blicum referunt. contra quos di-
citur Prouerb. xxv. Que viderunt
oculi tui et aures audierunt ne ꝓ
feras in iurgio cito. ne forte emē
dare non poſſis. cum dehoneſta-
ueris amicum tuum. Item eſt ſi-
cut molendinum ſine excluſa. qꝛ
habūdat malis ſicut aqua ad mo
lendinum. ⁊ ſicut molendino ſub
mittitur excluſa: que fluxū aque
retinet. qua amota fortius currit
ꝙ ante. Sic amota excluſa ſilen-
tij. maiori impetu loquitur ꝙ pri
us. Ideo dicitur Prouerb. xvij.
Qui dimittit aquaꝫ caput eſt iur
giorum. Aquaꝫ dimittit qui ſe a
fluxu verborum non reſtringit.
qd̄ eſt cauſa iurgiorum et diſcor
die. ꝓpter hoc dicitur Eccl. xxv.
Ne des aque tue exitum nec mo-
dicum. Item eſt ſicut nauis ſine
gubernaculo que vadit quo non
vult. ſed quo ventus ducit. Item
nauiſ intrante aqua ſubmergitur
niſi obſtruatur. Sic homo qui os
ſuum non ſtringit a verbis ſuper
fluis cito in peccatum cadit. Pro
uerb. xxvi. Os lubricuꝫ operatur
ruinam. Item eſt ſicut equuſ ſine
freno qui ſe ipingit vbi non vult
dominus eius. Ita homo non gu
bernans linguam ſuam ad ruinaꝫ
tendit. ſicut dicitur Eccl. v. Lin-
gua imprudens ſubuerſio ipſius
eſt. id eſt illi qui feſtum faciunt
per ſua verba ſuperbiendo. Iteꝫ
eſt ſicut domus ſine oſtio. Ad por
tam dom⁹ vel caſtri maior cuſto
dia eſt ponenda. qꝛ qui habet por
tam de facili habet caſtrum. ideo
dicit. p̄s. Poſui cuſtodiā ori meo
⁊c̄. Prouerb. xxi. Qui cuſtodit oſ
ſuum cuſtodit animaꝫ ſuam quia
mors et vita in manibus lingue.
Item debet attendere qui loqui-
tur quomodo loquatur. ſcꝫ prudē
ter vel honeſte. p̄s. Os ſuum lo
quetur ſapientiam et lingua eiuſ
prudentiam ⁊c̄. Apoſtolus. Col.
iiij. Sermo veſter i gratia ſit ſem
per ſale conditus. Si nouiſti con
dire pulmenta. quare non nouiſti
condire verba. hoc condimentuꝫ
a tempore natiuitatis accepiſti.
quando dictum eſt tibi. Accipe
ſal ſapientie. Sed quedaꝫ lingue
ſunt: que bene ſal non receperūt.
et ideo putreſcere quaſi quibuſ-
dam vermibus et ſcaturire vel e-
bulire videntur. Auguſtin⁹. Eli
gis cibos quos comedis. et qua-
re non eligis verba que dicis. ſcꝫ
bona et ſana.

## De luxuria.

l Vxuria eſt ignis ſicut di
citur Iob. xxxi. Ignis eſt
vſqꝫ ad conſummationē

deuorans et omnia eradicans ge
minima. Hunc ignem non ſuccen=
dit deus ſed diabolꝰ. Sicut faber
quando non poteſt ferrum ſuum
ad voluntatem ſuam ducere po=
nit illuc in igne. et ſufflat tantuꝫ
ꝙ calefactum ducit ad libitū ſuū
Sic facit diabolus quando non po
teſt aliquem ducere ad peccatuꝫ
calefacit eum igne luxurie. vt ſic
eum flectere poſſit ad peccatum
Yſaie. liiij. Creaui fabrum ſufflā
tem in igne prunas et proferen=
tem vas in opus ſuum. Succendi
tur iſte ignis flatu follorū. id eſt
ſuggeſtione vetularum. que ſunt
quaſi ſufflatorium diaboli ad ac
cendenduꝫ ignem luxurie. Ihere.
primo. Ollam ſuccenſam ego vi=
deo. id eſt vetulam nigram. Olla
enī quantumcūqꝫ alba ſit. ſi ſepe
ad igneꝫ ponatur denigratur. Sic
anima per luxurie frequentiam.
Threñ. iiij. Denigrata eſt ſuper
carbones facies eorum. id eſt pec
cati demonſtratio. Olla enī bulli
ens ſi non haberet niſi vnam fa=
bam. eam ſuperponeret et mon=
ſtraret. Sic luxurioſi cohibere lu
xuriam non poſſunt. quin ſaliat ꝑ
os turpiter loquendo / cantando
et per tactum et per ornatum. Si
cut de domo incenſa exit ignis ꝑ
feneſtras et oſtium. Item quan
do aliquis non poteſt ignem ac=
cendere in viridibus lignis. acci=
pit lignum ſiccum vt facilius ſuc
cendatur. Sic facit diabolus quā
do non poteſt in iuuenibꝰ ignem
luxurie accendere. accipit vetulā
ſiccam. et per eam facit qḋ per ſe

non potuit. Vnde diabolus dece=
pit mulierem per ſerpentem ha
bentem vultum virgineum ſibi ſi
milez. Item accenditur iſte ignis
per ornatum. Sicut enī raptores
et predones quando volunt vnaꝫ
villam comburere ponunt igneꝫ
in vna domo. et per illaꝫ alie ſuc
cenduntur. Sic facit diabolus. ig
nem luxurie ponit in vna iocula=
trice que ornata decurrēs per vil
lam omnes in ſe aſpicientes con=
burit vel incendit. He ſunt vulpe
cule ſamſonis habentes ignem in
caudis. Iudicū. xv. Sed caperent
iudices domos cōburentes. Ani
mas autem in templum dei cō
burentes capere nolunt. p̄s. In=
cenderunt igni ſanctuariū tuum
in terra. Item accenditur ille ig=
nis ex appoſitione combuſtibiliū
id eſt lignorum vel olei vel piſciſ
Sic ignis luxurie ex appoſitione ci
borum vel potuum. Quilibet enī
bonus morcellus vel cyphus vi=
ni eſt quoddam incentiuum luxu
rie. Non enī videntur habere bo
nam voluntatem extinguendi ig
nem illum. qui bonos morſellos
⁊ fortia vina frequentant. Sicut
non videtur habere bonaꝫ volun
tatem extiguendi domum ſuccen
ſam qui oleum et ligna in ignem
proijceret. Venter enī et genita
lia vicina ſunt. Iheronimꝰ. Ven
ter mero eſtuans cito deſpumat
in libidinem. Item accenditur
ignis iſte colloquijs mulieruꝫ ex
familiaritate. Eccl'. ix. Collo=
quium illius quaſi ignis exarde=
ſcit. Murilegus iuxta ignem



pellem ſuam comburit. et papi=
lio iuxta candelā volitans vrit ſe
ſic hō iuxta mulierem ſedēs. Nul
la ſecuritas eſt feno vel ſtupe eſ
ſe iuxta ignem. Sic virginitas col
loquijs et familiaritate mulieruꝫ
perijt. Item ignis ferrum durum
et frigidum mutat et quaſi igneꝫ
efficit. Sic ferreas mentes libido
domat. Iheronimus. Flamige=
ro igne percutit mulier hominis
conſcientiam. Item ex duobꝰ la
pidibꝰ ſi inuiceꝫ colliduntur exit
ignis. et quid mirum ſi ex tactu
viri et mulieris exit ignis concu
piſcentie et luxurie. Item ſi mu=
rus non cōburatur a candela iux=
ta ſe poſita tamen denigrat̄. Ihe
ronimꝰ. Si cum viris femine ha=
bitant viſcarium diabolo non de=
erit. Item accenditur ille ignis a
flatu oris. id eſt ſuggeſtione dia
boli. Iob. xli. Flatus illius pru=
nas ardere facit. Item luxuria
fouea eſt diaboli ad precipitan=
dum peccatores. Sunt enim qui
dam qui diabolum ad rapienduꝫ
ſeipſos iuuant. quia ſcienter iux=
ta foueam vadunt in quam dia=
bolus vult eos precipitare. Pro
uerb. xxiij. Fouea profunda eſt
meretrix. ſed qui in foueam cadit
non quando vult exit. ſicut piſcis
de naſſa. Oſee. v. Non dabunt co
gitationes ſuas vt reuertant̄ ad
dominū. quia ſpiritus fornicatio
nis in medio eoruꝫ. ſequitur Inſi
dias in via quaſi latro. Inſidian=
tes in via que romam ducit non=
ne tollendi ſunt. Sic inſidiantes
in viā paradiſi. ſequitur Vt ſi qs

incautos inuenerit īterficiat. Nō
ſuſtinerent iudices latrones qui
homines ſpoliarent et occiderēt.
et ſuſtinent meretrices que ani=
mam occidunt et ſpoliant gratui
tis. Item eſt laqueus ad capien=
duꝫ. vel muſcipula diaboli abſcō
ſa ſub folijs. et ſicut laqueus ſub
grano. p̄s. In via hac qua am=
bulam abſconderunt laqueū mi=
chi. et Eccleſiaſtes. vij. dicitur ꝙ
vincula ſunt manus eius. qꝛ quic
quid tenet. ita fortiter tenet ꝙ
vix poteſt euadere. Iteꝫ eſt ſicut
hamus ſub cibo piſcis. Eccleſia=
ſtes. ix. Quomodo capiuntur pi=
ſces hamo et aues laqueo. ſic ca=
piuntur homines in tempore ma
lo. Item ſicut venenum ſub mor=
ſello. Auguſtinꝰ. Omne ſemina
rium voluptatis venenum puta.
Prouerb. xxiij. Ingredietur blan
de ſed i nouiſſimo mordebit vt co=
luber ⁊ ſicut regulus venena dif
fundet. Auguſtinꝰ. Bonum eſt
mulierem non audire. melius non
videre. optimuꝫ non tangere. Nā
inflat dum auditur / venenat duꝫ
videtur / polluit cū tangitur. Ideo
bonuꝫ eſt homini ſibi cauere. q̇a
viſcus diaboli mulier. Item eſt
gladius ad interficiendum. Ihe=
ronimꝰ. Gladius igneus ſpecies
mulieris. Hunc gladium diabo=
lus cordi ſuo applicat. quādo pra
uam cogitationem ſuggerit. Et
hunc gladium cordi tuo impin=
gis quando peccato aſſentis. In
gladium illius irruis quando pec
catum imples opere. vt ſaul qui
in gladium ſuum irruens mortuꝰ

eſt·i· Reg·xxxi· Hūc gladiū emit
ad ſe occidendum qui dicit mulie
ri vt ei conſentiat· Non eſt ſecu=
rum homini ſedere iuxta hoſtem
ſuum habentem talem gladium
id eſt mulierem· De iſto gladio
ſup̄·c·de gladio. Item luxuria tē
plum dei polluit·qui hoc faceret
de templo materiali infidelis iudi
caretur·i·Coꝝ·iij· Templum dei
ſanctum eſt qđ eſtis vos. Si quis
templum dei violauerit diſperdet
illum deus.

## De lacrimis.

s Olet diſtingui triplex lu
ctus· Contritōnis· Com
paſſionis· et Deuotiōis·
Luctus cōpunctionis eſt lauato
rium in quo abluuntur anime vt
fiant ſponſe regis celeſtis. Eze=
chiel·xxxvi· Effundā ſup vos a=
quam mundam· id eſt mundātē
et mundabimini ab omnibꝰ inq
nametis veſtris· Item ſicut lit=
tere delentur aqua vel liquoꝛe a=
lio·ſic lacrime iſte delent litteras
moꝛtis quas diabolꝰ ſcripſit ma
nu ꝓpria· Qui eni peccat tradit ei
quaſi cyrographū· Lacrime eni
delent delicta que pudoꝛ eſt con=
fiteri. vt dicit Augꝰ· Item iſte
lacrime diabolū cū omi exercitu
ſuo ſubmergunt· p̄s· Contribula
ſti capita dꝛaconū i aquis· Solet
dici ꝙ ad paruā pluuiā ſedatur
magnus ventus. id eſt modica la
lacrima magnā temptationē ex
tinguit· Gregoꝛiꝰ· Flāmam ſug=
geſtionū diaboli cito extinguit
vnda lacrimarū· Vnde ſi aliquis
clamaret ꝓ aqua vel curreret ad
aquam ſi videret domū ſuā cōbu
ri vel ardere· Sic qui videt domū
conſcientie ſue ſuccendi igne con
cupiſcentie et luxurie / debet cur
rere ad aquā lacrimarū· et ſi nō
poteſt habere. debet poſtulare a
deo· ꝛ de fontibꝰ eius haurire ſcꝫ
miſericoꝛdie ꝛ vulnerū eius· Yſa·
xij· Haurietis aquas i gaudio de
fontibꝰ ſaluatoꝛis ꝛc̄· Sunt lacri
me cōpaſſionis de quibꝰ dicitur·
Job·xxx· Flebam quondā ſuper
eo qui afflictus erat et cōpatie=
batur anima mea pauperi· Eccl·
xxij· Super moꝛtuū ploꝛa· ſcꝫ in
anima plus ꝙ ſuper moꝛtuū in
coꝛpoꝛe. Bernardꝰ· Nūquid ſunt
viſcera in te pietatis qui plangis
coꝛpus a quo receſſit aia· et non
plangis animā a qua receſſit deꝰ
Defecit eni lux eius· id eſt gratie
Ploꝛares ſi amitteret filius tuꝰ
oculos coꝛpoꝛis. et quare nō plā
gis ſi amittit oculos mentis· Lu=
ctus deuotionis eſt ex deſiderio di
uine viſionis· vel cū anima dul=
cedine dei experta flet abſentiā
ſponſi quo ad ſenſum dulcedinis
Augꝰ· Impatiens eſt amoꝛ nec
lacrimis modus ſit niſi amoꝛi de=
tur quod amatur· Has lacrimas
adducit feruoꝛ dilectiōis· ſicut di
cit̄ feruoꝛ dilectionis adducit la=
crimas deuotionis· Geñ·xxxvi·
Aman qui donū gratie interpꝛe
tat̄· inuenit aquas calidas in de=
ſerto· id eſt in loco ſecreto / qꝛ oꝛā
do inuenitur deuotio· Item hec
lacrime incalidāt· i· coꝛ incendūt



nec audet ibi aſtare· ſic̄ muſce ol
le feruenti· vel cattus calido pul
mēto· Incenſo iecoꝛe piſcis fuga
bit̄ demoniū· Iecoꝛis aduſtio eſt
coꝛdis deuotio· vel dilectio ex re
coꝛdatione paſſionis criſti· Sed
multi ſunt qui nō incendūt illud
ſed potius balneāt in immūditijs
peccatoꝛū cogitando et in eis de
lectando et faciunt lectū vel do
mū diaboli· qꝛ ſicut dicitur Job·
xl· In locis humentibꝰ doꝛmit· id
eſt in cupidis et luxurioſis· Itē
ille lacrime animā purificant vt
in contemplatione videat ſubti=
lius laqueos diaboli· Sicut colū=
be ſuper aquas reſidentes vmbꝛā
auiū conſiderant vt vngues eaꝝ
euitēt· Greg̃· Mēs lacrimis bap
tizata i cōtēplatiōe videt lipidiꝰ·

## De manſuetudine.

m Anſuetudo eſt modica
animi tranquillitas que
nulla incurrentiū rerū
agitatur tribulatione· Et notan=
dum ꝙ manſuetudo tria bona fa
cit homi· Primo animā ſeruat·
Eſt autē ſicut antemurale in ca=
ſtro anime· Lapides duroꝝ ver=
boꝛum leuiter excipiens et oīs
ictus fruſtrans· et homies a le=
ſione cuſtodiens. Sicut vaſa vi=
trea in feno vel alia re molli in=
uoluūtur· et ſic a fractione ſeruā=
tur· Sic manſuetudo animā con=
ſeruat· ne ira eam frangat· Eccl·
x· Fili in māſuetudine ſerua ani=
mam tuam ꝛc̄· Item qui habet
manſuetudinē deus in eo quieſcit
Eſt eni vt culcitra molliſſima in
lectulo floꝛide conſcientie· in qua
deus quieſcit· Canticoꝝ·i· Lectu=
lus noſter floꝛidꝰ· Vnde ſicut ho
mo libentius doꝛmit in lecto mol
li et ſuaui ꝙ in duro· ſic deꝰ in coꝛ
de manſueto· qꝛ in pace factꝰ eſt
locus eius· Gregoꝛiꝰ· Manſuetu
do in nobis ymaginem dei cōſer=
uat. quā ira diſſipat que dū quie
tem mentis tollit ſpūſſanctus ibi
non quieſcit· Item gratiā dei et
hoim acquirit· Sicut eni adamas
attrahit ferrū· ſic māſuetudo coꝛ
da hoim. Ezechiel·iij· Vt adamā
tem dedi faciem tuā· Eccl·iij· In
manſuetudine opera tua perfice
et ſuper gloꝛiā diligeris. Si nul
lus eſſet ventus / arboꝛ que tunc
non moueretur non diceret̄ ꝓpt̄
hoc immobilis. Similiter lignū
qđ non ardet igne abſente / incō=
buſtibile· Sic non deb̄ homo di
ci manſuetus cum nulla ſit ei in=
iuria· vel dicitur oppꝛobꝛiū· Ber
nardus· Sunt quidam mites dū
nichil eis ſit. vel dicitur niſi pꝛo
eoꝝ arbitrio· patebit autē ꝙ lon
ge ſint a māſuetudine ſi leuis oꝛia
tur occaſio.

## Thema·

c Oꝛam ipſo miniſtraui·
Eccl·xxiiij· Decēs eſt vt
rex largus liberalis et pi
us miniſtrum diſpenſatoꝛem gra
tiarum et donoꝛum ſuoꝛum ha=
beat largum liberalem et pium·
Rex noſter. ſcꝫ dominus iheſus
criſtus qui eſt rex regum et dn̄s

dominantium ita largus libera=
lis et pius eſt ꝙ nunq̄ꝫ denegat
gratiam ſuam digne petentibus
Et ideo erat cōueniens ꝙ talem
haberet miniſtrū et diſpenſato=
rem gratie ſue· qui eſſet liberalis
largus et pius in eam miniſtran
do. Et qꝛ beata virgo maria in li=
beralitate et pietate habūdat ſu
per oīs ſanctos et ſanctas· ideo
ip̄am miniſtraꝫ et diſpenſatriceꝫ
ſuam in dando gratiā conſtituit.
Huius autē liberalitatis et pieta
tis ſignū manifeſtum eſt· qꝛ non
abſcondit ſe et celat affectū ſuū
nec poteſtatē ſuā/ ſicut aliquādo
aliqui officialiū magnoꝝ dn̄oꝝ
faciunt· qꝛ quando ab eis aliqua
gratia petiť excuſant ſe et dicūt·
Ego non poſſuꝫ facere. Sed bea=
ta maria liberaliter nobis offert
et ſuū officium et ſuaꝫ poteſtatē
aperit dicens· Ego corā ipſo ꝛc·
ſcꝫ filio meo miniſtraui et mini=
ſtro eius gratiā· ꝛ ideo ſecure pe
tite· ego parata ſuꝫ diſpenſare ꝛ
dare vobis gratiā· ad ip̄am ergo
recurramus· Nota ꝙ introitus ſe
quens et diſtinctio ſunt cōmunia
adminiſtrare ꝛ ſeruire· et ideo in
quolibet mēbro eſt auctoritas ꝓ
bans de vtroqꝫ· et ideo quādo ſit
p̄dicatio de miniſtrare· dicať pri=
ma· quādo de ſeruire· ſecūda· In
troitꝰ de dictione miniſtrare· In
hoc mūdo quāto aliquis maior ē
et potentior· tanto plus ſeruienti
bꝫ indiget et miniſtris et hoc cō
tingit ex inpfectione et defectu
qꝛ videlicet potentiaꝫ ſuaꝫ exequi
p ſe non valet· Sicut rex nō poſſꝫ
in diuerſis ſimul ciuitatibus et lo
cis curiam tenere et iuſticiam in
pſona ſua· ſed hoc poteſt facere
per multos baliuos vel vicarios
Et quanto plus potentior· tanto
plꝰ talibꝫ officialibꝫ indiget· qꝛ
pluribꝫ locis dn̄ať· Sed nec etiaꝫ
in vno loco poſſet ipſe facere oīa
officia· Sicut notarius/ cancella
rius/ maior domꝰ/ et ſic de alijs
Vnde licet miniſtri indigeant re=
ge ꝓpter beneficia que ab eo re=
cipiūt· tamen plꝰ rex indiget mi
niſtris et ſeruis q̄ꝫ ipſi eo·
Introitus ſecundus de ſeruire·
Deus autē eſt ſūme potens et oī
potentiam ſuam poteſt exequi p
ſeipſum· quia vbiqꝫ preſens eſt ꝛ
potens eſt vbiqꝫ· ꝛ ideo nullo ſer
uiente aut miniſtro indiget. nec
de omnibꝫ ſeruitijs p creaturas
ſibi factis aliquid ſibi accreſcit·
vult tamē vt creature rationales
ſicut angeli et hoīes ſibi ſeruiāt
ꝙ in diuerſis ſeruitijs ſibi mini=
ſtrent ꝓpter vtilitateꝫ eoꝝ vt ſic
occaſionē habeat premiandi eos
Et ſicut diuites huius mūdi ſolū
dant mercedē eis qui ſibi ſeruiūt
vel ſeruis· Sic dn̄s mercedem pa
radiſi ſoluꝫ ſuis miniſtris et ſer=
uis dat· Diſtinctio
Sciendꝫ eſt ꝙ tria requirit dn̄s
in miniſtris ſibi ſeruiētibꝫ· ſcꝫ pu
ritatē/ humilitatē/ et ſubiectio=
neꝫ· Primo puritatē et mūditiaꝫ
Si eñi dn̄i huiꝰ mūdi· qui cēs im
mūdi ſūt· qꝛ nō eſt hō in mūdo q̇
de immūditia ſe poſſit excuſare· ꝛ
quo ad corpꝰ· qꝛ de oībꝫ partibꝫ
corporis mľtiplices exeūt imūdi=



tie· ſicut patet· Et quo ad animā
quia omnes quotidie peccamus·
Si inquaꝫ tales dn̄i volunt mini=
ſtros et ſeruos mūdos· et immū=
dos abhominātur ꝛ abijciūt· quā
to plus dn̄s ih̄s x̄pus dn̄s mūdiſ=
ſimus· et corporaliter· qꝛ de virgi
ne mūdiſſima ꝛ mūdiſſime voluit
naſci· Et ſp̄ualiter· qꝛ peccatū nū
q̄ꝫ fecit qđ etiam valde abhomīa
tus eſt· abhomiatur et abijcit mi
niſtros et ſeruos immundos· Et
ideo quicūqꝫ vult gratioſe mini=
ſtrare vľ ſeruire oportet ꝙ ſit mū
dus· nullaꝫ maculā peccati mor=
talis habens in ſeipſo· vnde Exo·
xxviij. Sanctificatus· id eſt bene a
peccato mūdus miniſtret michi·
ideo dicit apoſtolꝰ Roma· vi· Ex=
hibite mēbra veſtra ſeruire iuſti
tie· id eſt x̄po. i ſanctificatione· id
eſt i munditia· Nota ꝙ ſi aliquis
ſcutifer offerret regi cibuꝫ opti=
mum et p̄ciofum in ſe in ſcutella
turpiſſima et īmunda rex nō acce
ptaret tale ſeruitiuꝫ· Iſto modo
faciūt aliqui· offerūt eñi deo. ie=
iunia/ elemoſynas/ et bona ope=
ra in cōſcientijs imūdis et turpi=
bus per peccatuꝫ. tale ſeruitium
deus non acceptat· Vult eñi ꝙ o
pera bona offerantur ſibi in ſcu=
tella. id eſt in conſcientia munda
vnde. p̄s· Ambulans in via im=
maculata hic michi miniſtrabat
et ideo ·iiij· Regū· vij· Preparate
corda veſtra dn̄o· ſcꝫ per mundi=
tiam et ſeruite illi. Secūdo humi
litatem ꝛ reuerentiam· Si eñi dn̄i
huius mundi nolunt miniſtros ꝛ
ſeruos ſuperbos vel proteruos·
ſed humiles et quietos· qui reue
reātur ꝛ honorent eos ꝓpter do
miniū quod in eos habēt qđ mo
dicum eſt. Quātomagis dn̄s deꝰ
qui eſt magnꝰ et potens vult mi
niſtros et ſeruos humiles qui ei
reuerentiā debitā exhibeāt· Sed
ſunt aliqui qui ſupbiūt cōtra euꝫ
nec dant debitaꝫ reuerentiā ſibi.
qꝛ eius dn̄io habito· recipiunt a=
liud· ſiue alterius dominiū· ſcꝫ dia
boli· Illi etiaꝫ qui adiutoriū pe=
tunt in neceſſitatibꝫ a cōiuratori=
bus ſiue ſortilegis· et futura ſcire
a diuinis· cuꝫ hoc ſit ſoli deo pro
priū. honorem et reuerentiā quā
ſoli deo dare debent/ dant alijs.
Illi etiam ſupbiūt cōtra deum et
ſunt ei rebelles qui in tribulatio=
nibꝫ vel infirmitatibꝫ ꝓteruiunt
contra ip̄m· Ita ꝙ aliqui ad tan
tam irreuerentiam puenīūt ꝙ in
blaſphemias ipſius et ſanctoruꝫ
prorūpūt· Tales nō placēt deo· ij
Cor· vi· In oībꝫ exhibeamꝰ nos
ſicut dei miniſtros in multa patiē
tia· Iudith· viij· Humiliemꝰ illi
aīas noſtras et in ſpiritu contri=
to et humiliato ſeruientes· dica=
mus deo flentes vt ſecūdum vo=
luntatem ſuam faciat nobis. No=
ta ꝙ aliq̇s bene eſſet ſimplex qui
ſe poneret in ſeruitio alicuius cū
tali pacto vel ꝓpoſito ꝙ dn̄s nō
corrigeret eū de aliquo q̄ꝫ maluꝫ
faceret· nec ꝓbaret ſiue ſumeret
expimētū ſi bonꝰ miniſter vľ ſer
uꝰ nec aliq̇s dn̄s talē ad ſui ſer=
uitiū· Infirmitates autē et tribu
latōes q̄s patim̄ correctiones ſūt
dei ꝓ pctīs ꝛ malefactis noſtris

vel probationes quibꝫ deus pro-
bat an ſimus boni et perfecti in
ſui ſeruitio. Et ideo quicūqꝫ vult
deo ſeruire: oportet ꝙ in patiētia
ſuſtineat alias dominus non reci
peret ad ſuum ſeruicium hominē
quem non corrigeret ⁊ probaret
i. Timoth. iij. Probentur primuꝫ
an. ſcꝫ ſint i tribulationibꝫ patiē-
tes et ſic miniſtrent. Eccl'. ij. Fili
accedens ad ſeruitutē dei: ſta in
iuſtitia et timore et prepara aīaꝫ
tuaꝫ ad temptationē. Tertio ſub
iectionem et obedientiam. vt qc-
quid eis precipit: ſtatim vt ſub-
iecti obediētes exequentur. Quā-
do enī ſerui ſiue miniſtri ſunt ino
bedientes dn̄o ſuo. ita ꝙ nolunt
facere quod dn̄s precipit. vel ſi
faciūt: faciūt cū m̄mure et diſpli
cētia ⁊ q̄ſi inuiti. Tales miniſtri
vel ſerui ſunt dn̄is odioſi. Sic il-
le qui non vult obedire deo. faciē-
do p̄cepta ſua. vel illud quod fa
cit: cum murmure facit. et quaſi
inuitus eſt dn̄o odioſus. et ideo ſi
volumus ei bene pure ſeruire. ſi-
mus ei bene ſubiecti cum obedien
tia prompta. recipientes p̄cepta
eius et ſeruātes. p̄s. Miniſtri ei9
qui facitis voluntatē eius. Eccl'.
iiij. Qui ſeruiūt ei obſequētes. id-
eſt obedienteꝫ erūt. Nota ꝙ illd
quod facit ſeruos eſſe ſubiectos
et obedientes dn̄is etiam ſi diffi-
cilia precipiant. eſt ſpes remune
rationis. Libenter enī ſuſtinēt la
borem intuitu mercedis. Certe ſi
nos bene ſeruierimus dn̄o et eri-
mus obedientes. et amore ipſius
volumus modicum laborare ſer-
uantes precepta eius. ipſius ma
gnum premium ſtat nobis para
tum. ſcꝫ gloria paradiſi. Si autē
fecerimus contrariū incurremus
magnā penā. ſcꝫ inferni. i. Timo-
th. iij. Qui bene miſtrauerint gra
dum ſibi bonū acquirent. p̄s. Et
eni ſeru9 tuus cuſtodit ea. ſcꝫ mā
data. in cuſtodiendis illis retribu
tio multa.

## De morte.

t Imenda eſt mors ꝓpter
moriendi neceſſitatem.
Mors enī nulli pcit. Se-
neca. Hac conditione intraui vt
exirem. Terra enī cū honore tran
ſit ad hominē. Sic caro cū morta
litate. Eccl'iaſtes. viij. Non eſt in
hominis poteſtate ꝓhibere ſpūꝫ
nec habet poteſtatem in die mor
tis. Seneca. Capitali ſupplitio cō
dēnati ſum9. v. Eſt cōmune mori
mors nulli pcit honori. Debilis ⁊
fortis veniunt ad limina mortis.
Eccleſiaſtes. ij. Moritur doct9 ſi
militer et in doct9. Qui videt do
mum pximi ſui ardere. non debet
multū de ſua confidere. Eccl'. xxx-
viij. Memor eſto iudicij mei. ſic
enī erit et tuū. michi heri. et tibi
hodie. Exēplū de iuuene nobili q̇
intrauit ordinē ciſterſienſium. ne
qꝫ admonitione vel precibꝫ pa-
tris exire voluit. q2 iuuenes ⁊ ſe-
nes moriūt. Idem legitur de ſan
cto thoma d' aq̇no ordis p̄dicato
rū. q̇ dixit ꝙ nec pr̄ ꝓ filio puā pe
nam pati poſſet nec ecōuerſo ꝛc̄.
Seneca. Quotidie morimur quo-
tidie diminuit' aliqua pars vite
Tunc quoqꝫ cum creſcimus vita
decreſcit. Secūdo timēda ē mors
ꝓpter velocitatē. q2 oīs velocit'
ad eam currunt. et ipſa velociter
ſequitur eos. Iob. viij. Vētus eſt
vita mea. q2 inuiſibiliter / inceſſā
ter et ſine reditu tranſit. Vnde cō
paratur vmbre que ſemp ſequit'
corp9. p̄s. Dies mei ſicut vmbra
declinauerunt. Aug9. Nichil a-
liud eſt preſens vita ꝙ curſuſ ad
mortē. idem Laborant homines
vt diu viuāt: et ne ad terminū vi
te pueniant. ipſū viuere quid eſt
niſi ad finem currere. Studia tua
valde ſunt contraria. Ambulare
vis et peruenire nō vis. Currūt oēs
voluntarij ad terminū queꝫ refu
giūt. Seneca. Oīs dies vite nr̄e
velud vltimi ꝯputādi ſūt. Mors
eſt ita iexorabilis ꝙ pro toto mū
do non daret induciam vnius ho
re. Exemplum de illo qui petijt
indutias vſqꝫ cras. Et de ſeruo q̇
pro ſeruitio ſuo petijt liberationē
ab infirmitate et morte a domio
ſuo. Quia ergo mors feſtinat: fe
ſtinemus bene agere. Eccl'. xiiij.
Si habes. ſcꝫ tempus benefac te
cuꝫ: et deo dignas oblationes of
fer. Memor eſto qm̄ mors non
tardat. Non enim habes de tem
pore niſi nunc. ideo dicitur Eccl'.
xiiij. Ante mortem benefac et nō
defraudaris a die bona. et parti-
cula bone diei non te pretereat.
Tertio timēda eſt mors propter
incertitudinem. Circa mortem
quatuor ſunt incerta. Status / lo-
cus / tempus / et modus. Neſcit
homo in quo ſtatu morietur. ſcꝫ
bono vel malo. Qualem te mors
inuenerit: talem inuenies eaꝫ. vn
de dicitur in. p̄s. Precioſa eſt in
conſpectu domini mors ſanctoꝝ
eius. quia eos precioſos inuenit
Et mors peccatorum peſſima. q2
eos peſſimos inuenit. Eccleſia-
ſtes. ix. Sunt iuſti atqꝫ ſapientes
et neſcit homo vtrum odio vel a
more dignus ſit. ſed omnia in fu-
turo reſeruantur incerta. Item
neſcit homo in quo loco morietur
Seneca. Mors inſidiatur tibi in
omni loco. Neſcis enim quo lo-
co mors te expectat. tu quoqꝫ ſi
ſapiens fueris vbiqꝫ expectabis.
Item tempus mortis voluit no-
bis dominus incertuꝫ eſſe vt oi
hora haberet' ſuſpecta. Math.
xxiiij. Vigilate q2 neſcitiſ qua ho
ra dominus veſter venturus ſit.
ideo aui comparatur. Auis qn̄
videt arcū extēſū et ſagittaꝫ para
taꝫ non differt auolare. p̄s. Niſi
cōuerſi fueritiſ ꝛc̄. Sicut enī ſagit
ta pata ē auē pcutere ſi ſteterit.
Sic de9 nolētes cōuerti. Oſee. xi.
Quia noluerūt cōuerti cepit gla
dius in ciuitatibꝫ eoꝝ. ſcꝫ pcute-
re. Sed multi ſūt ſicut auis ſtul-
tā que duꝫ differt auolare: pcutit'
aut ſagittat'. Sic mlti dū differūt
et nō ꝓponūt cōuerti ſubito mo-
riunt'. Yſa. xxx. Subito dū nō ſpe
rat' venit cōtritio eius. Eccl'. v.
Ne tardes conuerti ad dn̄m et ne
differas ꝛc̄. Iteꝫ neſcit hō gen9
mortis ſue vtrum gladio vel ig-
ne vel aq̄ moriat'. Eccl'iaſtes. ix.
Neſcit homo finem ſuū. ſed queꝫ

ad modū capiūtur piſces hamo
ſic capiuntur homines in tempo=
re malo. ideo canitur in eccleſia.
Emendemus in melius quod ig=
noꝛanter peccauimꝰ ⁊c̄. Quarto
timenda eſt moꝛs ꝓpter maloꝛuꝫ
occurſionem. Peccata eñ ꝓpꝛia
⁊ demones occurrunt moꝛientibꝫ
Deutro. xxxi. Occurrūt vobis ma
la in extremo tempoꝛe. Exemplū
de milite q̇ vidit peccata ſua ſcrip
ta in moꝛte coꝛam ſe apoꝛtari a
demonibus. Yſaie. xxxiiij. Occur=
rent demonia. Criſoſto. Quid fa
cies o anima cuꝫ relictis omnibꝫ
quorundam iocunda poſſeſſio taꝫ
gratus aſpectus. ſola ingredieris
in regionem penitus ignotam. ru
gientibꝫ pꝛeparata in eſcā. Quis
tibi in die tante neceſſitatis occur
ret. Quinto timenda eſt moꝛs. qꝛ
amara pctōꝛi. Eccľ. xli. O moꝛs
ꝙ̃ amara eſt memoꝛia tua homi
iniuſto ⁊c̄. Intrat enim per loca
vbi nouit om̄ia ſibi auferri. Job.
xvij. Diues cum doꝛmierit nichil
ſecū afferet. aperiet oculos ſuos
⁊ nichil inueniet. Apꝛenhendet
eum quaſi aqua inopia. Vt diui=
tem epulonem qui non potuit ha
bere guttam aque. Sed boni moꝛ
tem deſiderant cupientes liberari
de carcere coꝛpoꝛis. Apoſtolus.
Roma. vij. Infelix ego homo q̇s
me liberabit de carcere. id eſt de
coꝛpoꝛe moꝛtis huius. Sicut cap
tiui liberationem pꝛeſtolantes ſe
tenent ad oſtium carceris. Et ca
nis incluſus tenet ſe ad oſtium
vlulans ⁊ clamans. Sic iuſtus ad
oſtium ſui carceris ſe tenet medi

tatione. Eccleſiaſtes. vij. Coꝛ ſa=
pientis vbi triſticia. Amatoꝛes
vero vite pn̄tis ſicut talpa ꝓfū
dius infiguntur renuentes auelli
de carcere coꝛpoꝛis ſui. tamen di=
citur. Job. xviij. ꝙ auelleť de ta=
bernaculo fiducia eius. Exitū car
ceris timet qui ſignatus eſt latro
cinio. id eſt peccato in conſcientia
quia talis non expectat egreſſuꝫ
carceris ſui. niſi infernale patibu
lum. Job. xxi. Ad diem perditio=
nis ſeruatur malus et ad diem vl
tionis adducetur. Ve illis qui cir
ca egreſſum carceris ſui non pꝛo
uident. ſed omnes expenſas ponūt
in reparatione ſui coꝛpoꝛis ruino
ſi. Innitetur ſupꝛa domum ſuam
et non ſtabit fulciet eā ⁊ non ſub
ſiſtet. Job. vi. Supꝛa domū ſuaꝫ
innititur qui de iuuentute vel foꝛ
titudine confidit. Fulcit eam cibis
et medicinis et alijs āminiculis ⁊
non ſtabit. Fatuus debet reputa
ri ille qui alienam domum fulcit
et reparat in qua hoſpitatus eſt
de qua cito expelletur. ⁊ ꝓpꝛiam
domum. ſcꝫ celeſtem permittit ca
dere. vnde. ij. Coꝛ. v. Si domꝰ no
ſtra huius habitationis diſſolua
tur. habemus domum non manu
factam ſed eternam in celis.

## De memoꝛia moꝛtis.

n Ota memoꝛia moꝛtis va
let ad multa. Pꝛimo ad
ſui hūilitatē. Vnde antiq̄
volentes ſe humiliare ponebant
cinerem ſuper capita ſua in mēo
riam moꝛtis qꝛ cinis eſſent futuri.

Memoꝛia moꝛtis.

Ideo dictum eſt homini. Gen̄. iij.
Memento qꝛ cinis es et in cine=
rem reuerteris. Eccľ. x. Quid ſu=
perbis terra et cinis. Pauo viſis
ſuperbit et totam caudam exten
dit. ſed viſis pedibꝫ deponit. Sic
homo viſo fine ſuo ſe humiliat et
contēnit. Jheronimꝰ. Facile con
tēnit oīa. qui ſe ſemper cogitat
moꝛituruꝫ. p̄s. Sciant gentes qm̄
homines ſunt. id eſt moꝛtales.
Item ſolebat eſſe conſuetudo im
peratoꝛuꝫ ꝙ quando electi erant
pꝛima die coꝛonationis veniebat
latomus ferens quatuoꝛ vel tres
petras marmoꝛis diuerſoꝛum co
loꝛum dicens. Videat dominꝰ im
peratoꝛ de quo genere marmoꝛis
velit ſibi fieri monumentuꝫ. eo ꝙ
homo moꝛtalis eſt. et habeat in
memoꝛia moꝛtem et humilietur.
Dicitur etiaꝫ ꝙ papa habet ſem
per in loco quo frequentius con
uerſatur lectuꝫ pape defuncti vt
eo viſo recoꝛdetur finis ſui et hu
milietur. Item Iohānes patriar
cha fecit ſibi ſepulcrum imper=
fectum. et in magnis ſolennitati
bus cum erat in loco honoꝛis cō=
ſtituit quendam qui ei dicebat.
Domine imperfectum eſt ſepul
chrum tuuꝫ. iube illud perfici. qꝛ
neſcis qua hoꝛa fur veniet. Iteꝫ
ad contemptum mundi. Jhero.
Facile contemnit omnia ⁊c̄. Saul
exſpoliatꝰ eſt in thamnata. que
viſio moꝛtis interpretatur. Luce
xij. Stulte hac nocte animam tu
am repetent a te ⁊c̄. Eccľ. x. Cuꝫ
moꝛieť hō hereditabit ſerpētes
beſtias et vermes. Exempluꝫ de

moꝛte diuitis magne eſtimatio=
nis et pauperis peregrini. Et de
gallina ⁊ accipitre. gallina in do
mo diuitis vilipenditur. ita ꝙ ſi
intrauerit domum turpiter eijci=
tur ſed accipiter vel falco hono=
rabiliter in domo ſuper parti=
cam ponitur. et ſollicite de bonis
moꝛſellis nutritur. ſed quādo gal
lina moꝛtua fuerit cum reueren=
tia magna et lumine coꝛam do=
mio depoꝛtatur. ſed accipiteꝛ poſt
moꝛtem in ſterquilinium pꝛoijci=
tur. Sic pauperes et ſimplices in
hoc mundo vilipenduntur et de=
pꝛimuntur. ſed poſt moꝛteꝫ ab an
gelis ad menſam regis celi cum
multo honoꝛe pꝛeſentantur. Luc̄
xvi. Moꝛtuꝰ eſt mendicus et poꝛ=
tatus in ſinum abꝛae. Sed diui=
tes et potentes modo honoꝛan=
tur et exaltantur. ſed poſt moꝛteꝫ
in ſterquilinium inferni pꝛoijciū
tur. vnde ſequitur. Moꝛtuus eſt
diues et ſepultus ī inferno. Iteꝫ
valet ad fugam peccati. Augꝰ.
Nichil ſic reuocat a peccato. ꝙ̃
frequēs moꝛtis cogitatio. Eccľ.
vij. In omnibus operibus tuis
memoꝛare nouiſſima tua et in e=
ternum non peccabis. Qui enim
recolit moꝛtem debet cogitare ꝙ
peccatum cauſa eſt moꝛtis. Gen̄.
ij. Quacunqꝫ die comederis moꝛte
moꝛieris. ſed Thren̄. pꝛimo dici=
tur. Soꝛdes eius in pedibus eius
quia non eſt recoꝛdata finis ſui.
Exemplum de illo qui habebat
ſcriptum in parietibus ſuis de oī
bus rebus que faceret. pꝛius vi
deret ad quem finem deuenirent

anteqꝫ faceret. Item valet
ad deprimendum carnalia deſide
ria et temptationes. Gregorius.
Nichil adeo valet ad domanda
carnis deſideria ſicut cogitare q̃-
lis ſit futura mortua. Exẽpluꝫ ad
hoc de muliere volente ablacta-
re filium ſuum que aliquid ama-
rum ſuperponit vberibꝰ ſuis. Et
de heremita qui carnes fetidas
mulieris mortue quotidie pone-
bat ante oculos ſuos / vt ſic tem
ptationem vinceret. Item valet
ad regendum vitam ſuam. Aues
enim et piſces regunt ſe cauda. ⁊
beſtie ſe defendunt a muſcis. et
temptationes excutiunt mortis
memoria. Job. xij. Interroga iu-
menta et docebunt te ⁊ volatilia
celi et piſces maris. Item qui
vult nauem ſuam bene guberna-
re debet ſe ponere in fine nauis. ⁊
ante ſe nauem dirigere. et pericu
la euitare. Sic qui vult vitam ſuã
bene gubernare debet ſe ponere
in fine vite meditatione vt poſſit
ad bonum exitum nauem ſuam
id eſt vitam dirigere. Seneca. Cõ
ſidera ꝙ̃ pulcra ſit res ante mor-
tem vitam conſũmare. deinde ſe-
cure expectare reliquam ſui tem
poris partem. O ꝙ̃ ſollicite lon-
ge ante naute ſibi prouident de na
uis directione quando habent ma
lum paſſum tranſire. Sic quilibet
debet ſibi prouidere longe ante /
quomodo poſſit periculoſum paſ
ſum mortis tranſire. qꝛ illic naues
pertranſibunt. ſcꝫ per artum fo-
ramem mortis. Item prouocat
ad largitatem elemoſinarum. i.
Macabeoꝝ. i. Vt cognouit ale-
xander ꝙ moreretur dimiſit re-
gnuꝫ pueris. Timor mortis facit
condere teſtamenta et elemoſy-
nas dare. quia dicit Iheronimꝰ.
Non ſunt bona hominis que ſe-
cum ferre non poteſt. ſola miſeri
cordia eſt comes defunctorum.
Item prouocat ad penitentiam
Cuꝫ audiſſet ezechias rex / morie
ris fleuit. Yſaie. xxxviij. Et rex
niniue audita cõminatione ione.
Adhuc quadraginta dies et ni-
niue ſubuertetur. indutus eſt ſac
co. Jone. iij. Quanto magis ho-
mo morti appropinquans / tanto
amplius deberet bona agere et
penitere. Gregorius. Qui theſau-
rum fodiendo querit cum altius
foderit: theſauro appropinquat.
⁊ quanto theſauro eſtimat ſe ap
propinquare. tanto ad laborem
et inſtanter amplius inardeſcit.
Sic iuſtus quanto morti appropi-
quat: tanto in bono opere auidꝰ
ſudat. Stultus eſt viator. ſi non fe
ſtinat quando videt noctem ap-
propinquare et pontem leuari. et
adhuc lõge eſt ab hoſpitio. Ma
thei. xxv. Que parate erant intra
uerunt cuꝫ eo ad nuptias. et clau
ſa eſt ianua. Item mulier plorat
filium mortuum. et ſi rex eſſet in
aliena terra non ploraret. nec vel
let regno dimiſſo ad ſe redire. Ec
rizas tibi iram in die ire et reuela
tionis iuſti iudicij dei. qui reddet
vnicuiqꝫ ſecundum opera eius.
Vere magna vſura quādo ꝓ vno
dente ſoluitur pecunia infinita.
id eſt pro vna delectatione pecca
ti pena eterna. ideo dicitur Eccl.
xx. Datum inſipientis inutile. exi
gua dabit ⁊ multa improperabit
Item ſi aliquis iuuenis dnm ſuū
q̃ diu potuiſſꝫ impugnaſſet. et po
ſtea ſenio confectus ſeruicium ſu
um ei offerret. credo ꝙ non mul-
tuꝫ curaret. Sic qui impugnat de
um in iuuentute et ei ſeruire pro-
ponit in ſenectute. Malachie. i.
Si offeratis claudum vel langui
dum nonne malum eſt. Item mē
brum de nouo confractum citius
renodatur. et infirmitas non diu-
turna facilius ſanatur. et ſordes
in vaſe derelicte ⁊ inueterate dif
ficilius remouentur. ſed noue fa-
cilius tergūtur. Eccl. xvij. Ne de-
moreris in errore impioꝝ ſed an-
te mortē confitere ⁊c. Item ſi ali
quis regi ſuo in debito magno te
neretur et rex diceret ei. Niſi cito
reddas qđ debes incarcerabo te
in perpetuum. et reddes tunc in
centuplum. multa incōmoda ſu-
ſtineret anteq̃ non redderet. Sic
deus cōminatur tibi penam ⁊ car
cerem inferni. nec exies inde do-
nec reddas nouiſſimum quadran
tem. ſed penam ſolues in infinitū
maiorē niſi ſoluas in preſenti. Itē
canis videns volentem ſe percut
tere ſallit in lutum vel ſpinas. et
ita intrat aliquam penam vt eui
tet maiorem. Et latro potius ex-
ponit aurem vel pedem vel mitti
in exiliuꝫ q̃ ſuſtinere ſuſpendiū.
Et homo non vult penitentiam
agere in preſenti vt penam eter-
nā euitet. Iob. vi. Qui timet prui
nam irruet ſuper eum nix. id eſt
qui renuit penitentiam in preſen
ti ſuſtinebit maiorem in futuro.
Item feſtinare debet ꝓpter tem
poris breuitatem. quando aliquis
inchoat tarde dietam ſuam opor-
tet eum amplius feſtinare. Sene
ca. Faciamꝰ qđ in itinere fieri ſo-
let. qui tardius exierint velocita-
te moram appenſant. Stultus eſt
agricola qui eo tempore ſeminat
quo metendum eſſet. Sic qui in
ſenectute expectat penitentiam
ſuam facere quando deberet fru-
ctus penitentie recipere. Iteꝫ cū
ſine veſte nupciali nemo poſſit in
trare ad nuptias celi. Fatuus eſt
qui quando mors vrget! tunc in
primo querit lanam et linum ad
faciendum veſtem illam. Exem-
plum conſuetudo erat in quadaꝫ
patria ꝙ quando mulier promiſ
ſa erat alicui viro in vxoreꝫ. opor
tebat ꝙ mulier filaret textum in
quo deſponſari debebat. in quo

quedam negligens fuit. et tempo
re tranſacto quo potuiſſ; bene ve
ſtem ſuam perfeciſſe. cum audiſſ;
ꝙ ſponſus veniſſet qui eam duce
re debebat in vxorem tunc dixit.
heu nimis expectaui. Math. xxv
Que parate erant intrauerūt cū
eo ad nuptias.

## De predicatoribus.

m Vlta videntur valere ad
hoc ꝙ aliqs debito mo-
do predicet. Primum eſt
vt ipſe laudabilit̄ viuat. Littere
enī non habent auctoritatem niſi
in eis pendeat ſigilluz autenticuz
Sic ſciens multas litteras nō ha
bet auctoritatem credendi ei niſi
habeat teſtimonium bone vite.
Math. v. Qui fecerit et docuerit
hic magnus vocabitur in regno
celoꝝ. Augꝰ. Non obedienter
auditur qui ſeipſum non audit. vi
ta debet iuuare doctrinaz non im-
pedire. Predicatores qui dicunt
et non faciunt. ſimiles ſunt cecis
et claudis qui ſedent ī introitu ci-
uitatis mendicantes. qui tranſeun
tibus viam oſtendunt. ſed nunꝙ
in ea pedem ponunt. contra illud
Jacobi. ij. Sic loquimini et ſic fa
cite. Jtem carnifices qui alijs car
nes vendunt peiores ſepe come-
dunt. ⁊ ſutor qui alijs ſubtelares
politos vendit. ipē peiores portat
Sic clerici et ſacerdotes qui alijs
miniſtrant verbum ſalutis. peiꝰ
faciunt ꝙ alij. p̄s. Peccatori dixit
deus quare tu enarras iuſticiam
meam ⁊c̄. Jndignum eſt enī cele-
ſtem doctrinam in vaſe immundo
ponere. Prouerb. xxvi. Quomo-
do ſi argento ſordido ornare ve-
lis vas fictile. Sic tumētia labia
cum peſſimo corde ſociata. Et ſi-
cut dignus irriſione eſt qui argen
to vas fictile ornare vellet. ⁊ cuz
vellet lutum decorare ſordidaret
argentum. Sic irriſione dignꝰ eſt
qui cum malus ſit bona dicit. et
docēs bona quodāmō. obligat ſe
ex doctrina ſua ad faciendū. Gre
go. Qui alios ad bene operanduz
excitat. ad agenduz ſeipſum ligat
Qui predicat aliquam delecta-
tionem venenoſam ⁊ eam poſtea
ſumit. nō videtur credere quod di
cit apoſtolus. Roma. ij. Quid pre
dicas non furandum. et furaris.
Jtem qui bene docet et male vi-
uit. quaſi defert lucernam ante ſe
que immundiciam ſuam alijs oſten
dit. et litteras ſue damnationis
publicat. Proſper. Bene loqui ⁊
male viuere michil aliud ē ꝙ ſua
ſententia ſe damnare. apoſtolus
Roma. ij. Jn quo aliuz iudicas te
ipſum condemnas. Seipſum con
fundit. et ſibipſi contradicit. Jhe
ronimus. Non confundant opera
tua ſermonem tuum. Jſte habet
linguam longe maiorē manu qd
eſt monſtruoſum. Gregoriꝰ. Mō
ſtruoſa res eſt manus remiſſa et
lingua magniloqua. Jtem quis
non haberet ſuſpectam exhorta
tionem inſequendi hoſtes ab eo
quem ſciret eſſe ex parte hoſtiuz
Threñ. iiij. Non crediderunt re-
ges terre et vniuerſi habitatores
orbis ꝙ ingrederetur hoſtis per



portas iheruſalem propter pec-
cata prophetaruz eius. et iniqui-
tates ſacerdotum eius. Secunduz
eſt vt doctrina ſit facilis et aper
ta. Prouerb. xiiij. Doctrina pru-
dentum facilis. Eccl. iiij. Ne ab-
ſcondas ſapientiaz in decore eiꝰ
Augꝰ. Quid prodeſt clauis au-
rea que aperire non poteſt qd vo
lumus. et quid obeſt lignee quan
do nichil aliud querimus niſi pa
tere quod clauſum eſt. Jtem qd
ꝓdeſt locutionis integritas quā
non ſequitur intellectus audien-
tis. cum loquendi omnino ſit nul
la cauſa. ſi quod loquimur non in
telligant propter quos vt intel-
ligant loquimur. Tertiuz eſt. vt
ſit vtilis. Augꝰ. Dixit quidam
eloquens et verum dixit. Jta de-
bet dicere eloquentem vt doceat
vt delectat. vt flectat. deinde ad-
dit. Docere neceſſitatis eſt. dele-
ctare ſuauitatis. flectere victorie
Docendi neceſſitas in rebus eſt
conſtituta quas dicimus. vt veri
tatem docendo non deſeramꝰ. an
minus intelligantur. minus pla-
ceant. minus moueant que dicun
tur. vera tamen et iuſta dicantur
alia duo in modo quo dicimꝰ. Nā
dixit ſic delectare eum vult cui di
cit aut flectere neceſſarie eſt quo
modo dicat delectandus eſt audi
tor. et ita flectendꝰ vt moueatur
ad agenduz. et ſi delectatur ſi ſua
uiter ita flectitur ſi amet qd pol-
liceris. timeat qd minaris. Tantū
de illo ⁊c̄. verſus. Cuz ſapiens lo
quitur ſeruabit tempus et horaz
Sed nunꝙ patitur ſtultus habe-



re moraz. Exponas thema. diſtin
gue. ꝓba rationes. Addas et mi
nuas. cōuerte ꝓpetates. Vox. vul
tus. geſtus. ſermo breuis et ma-
nifeſtus.

## De perſeuerantia.

c Ommendabilis eſt per-
ſeuerātia a mltiplici ſuo
effectu. Primus eſt peti
tionis impetratio. Luce. xi. Et ſi
perſeuerauerit pulſans propter
improbitatem eius ſurget et da-
bit illi quotquot habet neceſſari
os. Et. xviij. de iudice iniquo. Si
homo tantum perſeueraret in o-
ratione quantum pauper ad oſti
um diuitis pro elemoſyna. citius
impetraret ſpiritualem elemoſy-
nam ꝙ ille corporalem. Actuuz.
p̄mo. Perſeuerantes in oratione
ſpiritumſanctum acceperunt. Se
cundus eſt. quia bona acquiſita
cuſtodit. Auguſtinus. Perſeue
rantia magnuz donuz dei eſt. quo
dona cetera conſeruantur. Per-
ſeuerantia datur homini per bo-
na merita. glo. ſuper illud. p̄s.
Retribuit michi dominus ſecun
dum iuſticiam meam. Pro fide et
ſpe et alijs bonis operibus red-
det deus perſeuerantiam. Virtu-
tes enim per bona opera meren
tur augeri et tandem perfici. per-
ſeuerantia vero nichil impfectuz
relinquid. Seneca. Videmus debi
les mulieres ſenilis etatis pere-
grinationes longas perficere. vi
demus naturam ex nuce modica
cōtinue operando arborem magnā

efficere. et aquam que adeo mol
lis eſt lapidem adeo durum perſe
ueranti percuſſione per ſe conca
uare. Tertius eſt· quia difficilia
et aſpera facilia facit et ſuauia·
Grego· Subito precedenti de vm=
bra ad ſolem· de ocio ad laborem
graue cernitur omne qđ incipit·
ſed poſtq̃ ab his diſſueſcere ce=
perit· vſus tollit difficultateꝫ· in
uenitqꝫ facile qđ impoſſibile eſſe
putauit· Quartus eſt· quia mini=
ſtrat virtutem operanti ne defici
at· Seneca· Perſeuerandum eſt ⁊
aſſiduo labori robur addendum·
Job· xvij· Tenebit iuſtus viam·
et mundis manibus addet forti=
tudinem. Equus mane deficiens
non poteſt facere bonam dietaꝫ·
Sic in principio conuerſionis de=
ficiens· Gal· vi· Bonuꝫ facientes
non deficiamꝰ ⁊c̄· Item poma pu
trida et vermiculoſa et ſine cau=
da cito cadunt de arbore· ſed ſana
bene ſe tenent vſqꝫ ad maturita=
tem· Sic peccatores interius pu=
tridi et vermiculoſi et carentes
cauda perſeuerantie cito cadunt a
modico vento temptatiōis· Job
xxvij· Tollet eos ventus vrens ⁊
auferet de loco ſuo· Quintus q̄
coronam eternam apprehendit·
Apocal· ij· Eſto fidelis vſqꝫ ad
mortem et dabo tibi coronam vi
te· Bernardꝰ· Perſeuerantia eſt
ſpecialis filia ſūmi regis· Criſo·
Tolle perſeuerātiaꝫ· nec obſequi
um mercedem habet· nec benefici
um gratiam· nec gloriam fortitu
do· non qui inceperit ſed qui per
ſeuerauerit ſaluus erit· glo· non
cēpiſſe vel feciſſe virtutis eſt· ſed
perficere. Criſo· Incipere multo=
rum eſt· finire paucoruꝫ· Aſſue=
uerunt multi in initio feruentes
eſſe· ī fine remiſſi ⁊ diſſoluti· Que
vtilitas eſt ſeminum primo florē
tium et poſtea tabeſcentiuꝫ· Gre
goriꝰ· In caſſum bonuꝫ incipitur
ſi ante terminum vite deſeratur·
quia et fruſtra velociter currit q̇
priuſq̃ ad metam veniat deficit.
Ideo cauda hoſtie iubetur offer=
ri· Leuiti· iij· Indecens eſt animal
ſine cauda· Vnde dicitur q̄ pauo
auis quando amiſit caudam non
audet apparere pre verecūdia· Sic
ſine cauda perſeuerantie non au=
debit aliquis coram deo in die iu
dicij apparere· Item qui nauigāt
mare ꝓpter ventum contrarium
non dimittunt nauigare· ſed con=
tra ventum perſeueranter labo=
rant· donec ad portuꝫ veniant· Et
canis venaticus ſequitur leporeꝫ
per ſpinas et tribulos· donec ap=
prehēdat· Sic nos deū· i· Cor· ix·
Sic currite vt comprehendatis·

## De preſumptione·

Imenda eſt preſumptio
q̄ eſt occaſio ruine· Do=
minus eni permittit ali=
quando viros ſanctos in aliquod
manifeſtuꝫ et mortale crimen ca
dere ne de ſe preſumant· Augꝰ·
Audeo dicere ſuper bene eſſe vti
le cadere in aliquod manifeſtum
et apertum peccatum· vnde ſibi di
ſpliceant qui iam ſibi placendo
ceciderunt. Exemplum de petro



qui vilius cecidit· q̇a pre ceteris
preſumpſit· quando dixit· Et ſi o
portuerit me mori nō te negabo·
Math· xxvi· Auguſtinꝰ· Vbi di
xiſti ſufficit· ibi defeciſti· et vbi ti
bi placuiſti ibi periſti. Item q̇a
fatuitas magna oſtenditur fatui
tas preſumentis de ſe· exemplis
virorum fortiuꝫ qui leguntur cor
ruiſſe· vt dauid· Salomonis· Sā=
ſonis· Gregorius· Dauid cadente
nemo ſuperbiat· Augꝰ· Multuꝫ
infrenis eſt qui illuc ire conten=
dit vbi multos corruiſſe videt· Si
homo non poteſt vincere leuem
temptationē nec ſuſtinere modi=
cum verbum· qua ergo temerita
te magna p̄ſumit qui modica nō
poteſt· Prouerb· xiiij· Sapiens ti
met et declinat a malis· ſtultus
tranſilit et confidit· Magna er=
go fatuitas preſumentis· q̄ pre=
ſumit exire a peccato quando vo
luerit· cum tamen a caſu in pecca
tuꝫ modo cauere non poſſit· Eccl·
xix· Repromiſſio nequiſſima mul
tos perdidit· Homo poſitꝰ a deo
in paradiſo terreſtri ſtare nō po
tuit· quomodo ergo in paradiſo
celeſti viribus ſuis ſe ponere pre
ſumit· cum dictum ſit· Preſumen
tes de ſe· et de ſua virtute gloriā
tes humilias· Judith· vi·

## De prodigalitate·

Rodigalitas aufert ho=
mini ſua· In tribus caſi=
bus videtur homo per=
dere ſua· Quādo pleno vaſi infun



dit· vel corrupto· vel quando pro
nichilo dat· Prodigus vaſi ple=
no infundit quando dat diuitibꝰ
Proſper· Habentibꝰ dare nichil
aliud eſt q̃ ſua perdere· vnde Lu
ce· xiiij. Cum facis conuiuiū· voca
pauperes· cecos· claudos. qui nō
habent vnde retribuant tibi· Sed
econtra prodigus paſcit diabolū
paſcendo diuites peccatores· re=
putat honorem qđ eſt dedecus·
ſcꝫ paſcere porcos gulosos et lu=
xurioſos. et dedecus reputat refi
cere deum in pauperibus ſuis· et
qđ ſubtrahit ori dei· ponit in ore
porci vel diaboli· Luc· xv· Adhe
ſit vni ciuium· ſcꝫ filius prodiguꝫ
et miſit illum in villam vt paſce=
ret porcos· Item ipſi ſunt oues
diaboli· quia ſingulis annis dia=
bolus eos ſpoliat dando veſtes
eorum membris ſuis hiſtrionibꝰ
vel diuitibꝰ et peccatoribꝰ· Iteꝫ
vaſi corrupto īfundit quādo dat
hiſtrionibus vel diuitibꝰ· Eccl·
xij· Benefac humili et ne dederis
impio· Iſte eſt ſimilis aranee que
texendo ſe euiſcerat. vt muſcas
accipiat· Sic prodigus dando ſua
ſe euiſcerat vt muſcas venenoſas
vane glorie accipiat· Pſa· lix· Te
las aranearum texerunt· que non
eis profuit· Item pro nichilo dat
quando pro vana gloria dat que
nichil eſt· Joh· viij· Si ego glori=
fico me gloria mea nichil eſt· Si
cut aliquis non dicitur largus ſi
ventus palium ſuum ei auferat.
Nec arbores dicuntur liberales
ſi ventus fructus ab eis excutiat·

Sic pꝛodigus non dicitur largus
quia ſua non confert. ſed ventus
vanitatis ei aufert. Oſee. xij. Ef-
fraim. id eſt diues paſcit ventum
et ſequitur eſtum. Idez. viij. Ven
tum ſeminat et turbinem metet.
ſcz pene eterne.

## De pigritia.

m Vita mala ſequūtur ho
minem pigrum. Primuz
defectus bonoꝛuz operuz
vel fuga. Prouerb. xxvi. Abſcon
dit piger manus ſuas ſub aſcella
⁊c̄. Prouerb. xxi. Noluerunt ma-
nus eius quicꝙ̄ operari. Homo
piger ſimilis eſt caſtro duoꝝ do
minoꝛum inter quos ille qui re-
miſſus eſt totū amittit. alius pau
latim aufert ei ius ſuuz. Sic ſi ſpi
ritus remiſſus fuerit. caro que ad
uerſus ſpirituz concupiſcit / quot
tidie aliquid contra ipſum acqui-
rit. Prouerb. xij. Manus foꝛtium
dominabitur. que autē remiſſa fu
erit tributis ſeruiet. Secundū eſt
inconſtantia volūtatis. Prouerb.
xiij. Vult et non vult piger. Ta-
lis ligatus eſt vinculis ſtupeis.
imo etiam nullis. ſed ſola deſidia
ligatur. Prouerb. xxvi. Sicut oſti
um vertitur in cardine ſuo. ſic pi
ger in lectulo ſuo. nec poteſt exi-
re. ſed tenetur a pigritia et ceruí-
cali plumali. Tertiū eſt amoꝛ vo
luptatis. Prouerb. xxi. Deſideria
occidunt pigrum. Sicut agri pꝛo
ferunt ſpinas et tribulos et her-
bas inutiles ſi in pace dimittunt
ſed ſi foſſi ⁊ purgati ſepe fuerint
et bonis ſeminibus ſeminati bo-
nas herbas pꝛoducunt. Sic ho-
mo ſpinas et tribulos vitioꝝ ge
nerat ſi nullis occupatur laboꝛi-
bus. Bernardus. Hec eſt maledi
ctio ade. vt in agro coꝛdis et coꝛ-
poꝛis noſtri nociua et inutilia in-
gratuita et paſſiua ꝓueniant. vti
lia vero et neceſſaria cum laboꝛe.
Prouerb. xxiiij. Per agrum pigri
hominis tranſiui. et per vineam
ſtulti. et ecce totum repleuerunt
vrtice. et operuerant ſuperficiem
eius ſpine. id eſt incentiua vitio-
rum carnaliuz et ſpiritualiuz. Ta
les fructus creſcunt in oꝛto ho-
minis pigri. et aqua et veſtis ex
quiete coꝛrumpuntur. Poeta. Et
capiunt vicium ni moueantur a-
que. Quartum eſt timoꝛ puſilla-
nimitatis. Prouerb. xviij. Pigrū
deijcit timoꝛ. Si bene reſpiceremꝰ
quot et quantis laboꝛibꝰ et cru
ciatibus quotidianis mali meren
tur cruciatum eternum. ſatis con
fundi poſſemus qui adeo pigri ſu
mus laboꝛare pꝛo regno eterno.
Auguſtinus. O ſi poſſemus ho-
mines excitare et cum eis excitari
vt tales eſſemus amatoꝛes vite
permanentis / quales ſunt ipſi vi
te fugientis. Cui dictum eſt. na-
uiga ne moꝛiaris. et diſtulit. Cui
dictum eſt. laboꝛa ne moꝛiaris
et piger fuit. nos iubet deus vt in
eternum viuamus. et obedire ne
gligimus. Itez multuz poſſet eru
beſcere ille quem ſolus timoꝛ deij
cit de equo virtutum. qui non eſt



niſi quedam pictura terribilium.
talis vincitur ab hoſte / qui non-
dum eſt. nec etiam foꝛſitan futu-
rus ē. Seneca. Pꝛecipio ne ſis ⁊c̄.
ante tempus ſunt illa que velut
imminentia expauiſti. Foꝛſitā nū-
ꝙ̄ futura ſunt. Quintuz eſt negli
gentia in negotijs alienis. Pꝛo-
uerb. x. Sicut acetum dentibus ⁊
fumꝰ oculis. ſic piger his qui mi
ſerunt eum. Pꝛouerb. xxvi. Dicit
piger. Leo eſt in via ī medio pla
tearum occidendus ſum. Sextum
eſt priuatio gloꝛie. Pꝛouerb. vi.
Vſqꝫquo piger doꝛmis. quando
conſurges ⁊c̄. Idem. xx. Pꝛopter
frigus piger arare noluit. mendi
cabit ergo eſtate / et non dabitur
ei. Septimum eſt moꝛs gehenne
Mathei. xxv. Serue male et pi-
ger nōne opoꝛtuit pecuniam me-
am dare ⁊c̄.

## De prouidentia.

v Alet pꝛouidentia ad ſu-
ſtinenduz temptationes
et tribulationes. Grego.
Hoſtis calidus tanto liberius pe
ctus percutit. quanto nudum a
pꝛouidentie loꝛica depꝛehēdit. et
tanto quiſqꝫ minus aduerſitate
pꝛemitur. quanto contra illam p̄
ſciendo paratus inuenitur. Minꝰ
eni feriūt iacula que pꝛeuidentur
Seneca. Tunc per rationez recte
viues ſi omnia eſtimes ⁊ perpen
ſes. Idem. Si diues eſſe cupis in
futura pꝛoſperum intende. et que
poſſunt cōtingere animo tuo cun
cta pꝛepone. Nichil tibi ſubitum
ſit ſed totuz ante conſpicies. Itē
valet ad habendam vitam eter-
nam. Si pꝛo ſuſtentatione vnius
anni tam ſollicite ꝓuidet ſibi ho
mo in eſca. quare de vita eterna
in qua ſemper victurus eſt nō ꝓ
uidet in vita iſta. Deutro. xxxij.
Vtinam ſaperent et intelligerēt
ac nouiſſima pꝛouiderent. Item
ſi homo non poteſt habere victū
tempoꝛalez ſine magna pꝛouiden-
tia et ſollicitudine. quomodo eſt
tam fatuus ꝙ putat ſe habere e-
ternam vitam et beatam ſine pꝛo
uidentia et laboꝛe. Criſo. Eſcam
coꝛpoꝛis ſi ſollicitus non fueris ha
bebis. iuſticiam vero niſi ſollici-
tus fueris non habebis. que ergo
dementia eſt non eſſe ſollicituz de
eo qd̄ ſi ſollicitus non fueris ap-
pꝛehendes. Itez ſi homo deberet
vltra mare ſine reditu pꝛouideret
ſibi longe ante de neceſſarijs vie
et de quibus ibi viueret. et foꝛſi-
tan poꝛtaret ſecum quicquid ha-
bere poſſet. et cito receſſurus eſt
de mundo iſto ſine reditu et igno
rat diem et nō ꝓuidet ſibi de quo
viuet in futuro. qd̄ animalia faci-
unt. vt foꝛmica. Pꝛouerb. vi. Va
de ad foꝛmicam o piger et conſi-
dera vias eius et diſce ſapientiaz
que cum non habeat ducem nec p̄
ceptoꝛem. nec pꝛincipem. parat
eſtate cibuz ſibi et congregat in
meſſe ꝙ in hyeme comedat. Exē
plum in terra quadā quolibet an
no rex nouꝰ cōſtituebatur. ⁊ poſt

annuꝫ mittebatur in exiliū nudꝰ.
ſed quidam ſapiens cum vno an
no eſſet factus rex. prouidit ſibi
in illo anno et miſit in exilium il=
lud quicquid habere potuit. ⁊ cū
annus regni ſui finitus eſſet rece
ptus eſt honorifice in exilio alijs
nudis ⁊ miſeris remanentibꝫ qui
non prouiderunt ſibi.

## De preparatione.

a

D quinqꝫ ſolent ſe ho=
mines preparare. ſcꝫ ad
defendendum. Ad ſerui
endum. Ad recipiendum. Ad cō
putanduꝫ. Ad cōuiuandum. Pri
mo debemꝰ nos ergo preparare
ad defendendum. vt obſeſſi. Ob=
ſeſſi enī cum caſtrum ſuum defen
dere nituntur. primo vocant auxi
liuꝫ domini. ſecundo muros in cir
cuitu edificant. tertio aditus ho=
ſtibus claudunt. Primo ergo au
xilium domini et ſanctoruꝫ implo
rare debemus. vt Judith. Prepa
ra te ad bellum. ſta viriliter. reſi=
ſtēdo diabolo nec reddas caſtrū
domī tui ſine eius licentia. ſed pre
para te ad bellum auxilium dei ⁊
ſanctorum implorando. Qui obſi
dentur mittunt nūcios ad dominū
et ad amicos vt veniant in auxi=
lium ſibi. p̄s. Leuaui oculos me=
os ad montem. id eſt ad ſanctos
vnde veni et auxilium michi. qđ ſi
gnificatur in libro Regum. vbi vi
ri iabes miſerunt ad vniuerſos ter
minos iſrl̕ ꝓ ſuccurſu. Jſti nūcij
ſunt orationes. p̄s. Jntret oratio
mea ī cōſpectu tuo. glo. mira vir=
tus ponitur ſpaciū orationis que
quaſi quidam nuncius ad deuꝫ va
dit. et mandatum pagit quo caro
peruenire nequit. Secūdo muros
virtutuꝫ in circuitu conſtruūt. Si
cut enī muri ingreſſum et impe=
tum hoſtium impdiunt. ſic virtu
tes vitijs obſiſtunt. Largitas enī
non pmittit ꝙ auaritia ingredia
tur. Caſtitas ꝙ luxuria. et ſic de
alijs. ideo dicitur Judith. iiij. ꝙ fi
lij iſrael circundederunt muris vi=
cos ſuos in p̄paratione pugne cō
tra holofernem. Et nota ꝙ ſi ru=
ptura ſit in muro patet aditꝰ ho
ſtibꝫ. Sic ſi habeas multa opera
virtutuꝫ et vna virtus deficiat. ſuf
ficit ad ingreſſum hoſtibus vt te
capiant et occidāt. Job. xxx. Qua
ſi rupto muro et aperta ianua ir=
ruerunt ſuper me. Tertio aditus
hoſtibus claudūt p quos poſſent
introire. ⁊ iſti ſunt quinqꝫ ſenſus
corporis. Claude ergo feneſtras
iſtas. qꝛ p hec mors intrat ad ani
mā. Judith. v. Nunciatuꝫ eſt ho=
loferni ꝙ filij iſrael p̄pararēt ſe
ad reſiſtēdū ac montiū latera cō=
cluſiſſent. Holofernes diabolum
ſignificat. qꝛ quotidie animas no
ſtras impugnat vt eas acquirat
Contra quē p̄parare nos debemꝰ
ſecundum ꝙ dicitur. Eccl̕. ij. Fili
accedens ad ſeruituteꝫ dei ſta in
iuſtitia et timore ⁊c̄. Jn hac au=
ctoritate conſolamur. erudimur.
admonemur. Cōſolamī cuꝫ nos fi
lios vocat. Nō modica cōſolatio
eſſꝫ paupi de baſſo genere. ſi rex



adoptaret euꝫ in filiuꝫ. et hoc eſt
qđ facit dominus quando dicit
peccatori ꝙ recedat a peccato et
efficiatur filius dei per gratiam.
Roma. viij. Si autem filij et here
des ⁊c̄. Secūdo erudimur ibi. Ac
cedens ad ſeruitutem dei. Jn hoc
docemur ꝙ diabolus ſpecialiter
impugnat eos qui ipſum deſerūt
et ad deum ſe conuertunt. vt pha
rao / filios iſrael fugiendo per=
ſecutus eſt. glo. qui ab illecebris
mūdi vult abſtinere et in xp̄o pie
viuere / perſecutionem patiatur.
dum enī diuino ſeruitio aſtringi
ſe preparat bellum diaboli con=
tra ſe excitat. Sicut rex ſibi ſubdi
tos non impugnat ſed aduerſari
os. Tertio monemur ne cadamꝰ
de equo virtutum. ibi. Sta in timo
re et iuſtitia. vnde. i. Cor. x. Qui
ſtat videat ne cadat. ſequitur. De
prime cor tuum per humilitateꝫ
quia humilitas liberat. et ſuſtine
per patientiam. quia radix et cu=
ſtos virtutum eſt patientia. Secū
do debemus nos preparare ad ſer
uiendum. ſicut miniſtrantes de ci
bo coram magnatibus ſe prepa=
rant vt decenter et honeſte ſerui
ant. Sic qui deo ſeruire deſiderat
debet ſe preparare vt decenter ſer
uiat. Deus enī ſanctus et mundꝰ
eſt. ideo vult habere ſeruos ſan=
ctos et mundos. Leuitici. xx. San
cti eritis quoniā ego ſanctus ſuꝫ
ideo dicit̄. i. Regū. vij. Preparate
corda veſtra domino per conſciē
tie purgationem et ſeruite illi ſo
li ⁊c̄. Nota hic quomodo debemꝰ
domino ſeruire. quia libenter. Re
uerenter / diligenter / ſigulariter
diligenter. ibi. preparate. Seruꝰ
diligens eſt ſemper paratus ad
mandata domini ſui. p̄s. Paratꝰ
ſum et non ſuꝫ turbatus vt cuſto
diam mandata tua. Libenter. ibi
corda veſtra. quia qđ non de cor=
de ſed inuite impenditur non pla
cet deo. i. Paralipo. xxviij. Serui=
te domino corde perfecto et ani
mo volenti. quia coacta ſeruitia
deo non placent. Reuerenter. ibi.
dn̄o. Si enī cuꝫ tanto timore et re
uerētia ſeruitur domino terreno
propter eius potentiam et digni
tatē. quātomagis deo qui eſt rex
regum et dominus dominantiuꝫ
p̄s. Seruitē domino in timore et
exultate ⁊c̄. Singulariter. ibi.
illi ſoli. quia ſolos ſeruientes ſibi
remunerat. non vult habere ſuos
ad medietatē. ij. Cor. vi. Jn omi
bus exhibeamus noſmetipſos ſi
cut dei miniſtros. non carnis vel
mundi vel diaboli. Math. vi. Ne
mo poteſt duobus dominis ſerui
re. Tertio debemus nos prepara
re ad recipiendum. Recepturi ei ī
principeꝫ ſuuꝫ preparant ſe et ho
ſpitium mundant. Gregorius. Si
amicus diues et potens domum
veſtram intraret cum omni fre=
quentia tota domus mundaretur
Tergat ergo ſordes praui operis
qui deo parat domuꝫ cordis. Ec
cl̕. ij. Qui timent dominum pre=
parabunt corda ſua. et in conſpe
ctu illius ſanctificabunt animas
ſuas. Require de hoc de mūditia
cordis. Quarto debemus nos
preparare ad computandum vel

ad rationem reddendaʒ de bonis
nob̄ cōmiſſis·de hoc Amos·iiij·
Prepare in occurſuʒ dei tui iſrael
Solet dici vulgariter· qui eſt ho
norifice paratus et munitus/ſecu
rius expectat aduentum domini
ſui. Ideo fatue virgines·quia nō
fuerunt parate ⁊ munite·ideo tur
piter ſunt repulſe·preparate ve
ro honorifice ſunt recepte·Ma=
thei.xxv.j·Ideo et vos eſtote pa
rati· quia qua hora non putatis
filius hominis veniet·ſcʒ ad iudi
cium·Veniet autē ad tria·Ad cō
putandum·Scrutanduʒ·Pugnā=
dum·Ad cōputanduʒ·quia bona
nobis cōmiſſa diſſipauim9· vt vi
licus iniquitatis·Luce·xvi·cui di
ctum eſt·Redde rationem vilica=
tionis tue.Mathei·xxv·Tunc tē
poris veniet dominus ſeruorū il
lorum et ponet rationem cum eis
Prepara ergo te in occurſum dei
tui·per tui examinationeʒ· Ante
iudicium prepara iuſticiaʒ.id eſt
bona opera que reſpondeant pro
te in iudicio ⁊c·Eccl'·xviij·Ante
iudicium interroga teipſum·Itē
veniet ad ſcrutandum·quia pec=
cata noſtra abſcondim9·Sopho
nie.pmo·Scrutabor iheruſaleʒ in
lucernis·Peccata eni que nūc ſūt
abſcondita manifeſtabuntur vt
merces fardellorum in nundinis
j·Cor·iiij· Veniet dominus qui
et illuminabit abſcondita tene=
brarum·et manifeſtabit conſciē=
tias cordium· et ideo prepara te
per cōfeſſionem peccata deponē
do·ſicut latro furtum extra domū
proijcit ne cum eo inueniatur·ps·

Preoccupemus faciēʒ eius in cō
feſſione·Item veniet ad pugnan
dum contra peccatores qui man=
data tranſgreſſi ſunt. Apoca·xix·
Pugnabo cuʒ illis in gladio oris
mei. Pugnabit etiam cum illo or
bis terrarum contra inſenſatos·
vt dicitur·Sapie·v·Non reſtat er
go niſi facere pacem cum eo·Lu
ce·xiiij·Quia rex iturus facere bel
lum aduerſus alium regem nōne
rogat ea que pacis ſunt·ſi reſiſte
re ei non poteſt. Sic et nos facia
mus. Quinto debem9 nos prepa
rare ad cōuiuandum· Vocati eni
ad curiam magnam ſe ornant ⁊ p̄
parant diligenter·ſic nos qui vo
cati ſumus ad curiam celi·merito
nos p̄pare debem9 vt honorifice
recipiamꝰ. Apocal'·xix·Venerunt
nuptie agni·⁊ vxor eius prepara
uit ſe·Nuptie iſte appellantur be
ata vita·In introductione ſpon=
ſe ad ſponſuʒ ſolent fieri cōuiuia
et feſta magna·Sic erit in cōiun=
ctione xp̄i et eccleſie poſt iudiciuʒ
qd' ſignatur heſter·ij· Vbi dicitꝰ
ꝙ rex aſſuerus iuſſit parari cōui
uium magnum pro coniunctione
⁊ nuptijs heſter. Tūc dabit ſpō
ſus ſponſe nouas roſas· quando
corruptibile hoc induet immor=
tale corpus·Et nota ꝙ tripliciter
oportet hominem preparare ad
nuptias iſtas·vt ſit caritas in cor
de·Penitentia in corpore·Largi=
tas i poſſeſſione·Ad nuptias cor
porales tria genera hominum ſo
lent recipi· Primo bene induti·
Ribaldi a curijs p̄ncipū expellūtꝰ
heſter·iiij·Non erat licitū ſacco



indutū intrare aulā regis aſſueri
Sic non habens veſtem nuptialē
id eſt caritatem eiectus eſt a nu=
ptijs xp̄i·Mathei·xxij·Item reci
piuntur diuites qui ſoluunt pre=
cium ſedis ſue·alij non·Sic ad cō
ſortiuʒ beate vitē recipiuntur qui
hic tribulationes et anguſtias
ſuſtinuerunt· id eſt pro precio ſol
uerunt. Luce·xxij· Vos eſtis qui
permanſiſtis mecum in tempta=
tionibꝫ·⁊ ego diſpono vobis ⁊c·
Item largi et curiales ſolent ad
curias ⁊ ad feſta vocari·auari nō
Sic miſericordes·qui xp̄m in pau
peribus receperunt· a xp̄o digni
ſunt vocari ad nuptias celi·Veni
te benedicti patris mei percipite
regnū quod paratum eſt ⁊c·Eſu
riui enim ⁊c·Mathei·xxv·

De probatione.

Olent homines probare
pecuniam quam recipe=
re debent pro mercibus
ſuis· vtrum ſit bona vel mala ve
ra vel falſa·Sic deus vult proba
re illos quibꝫ daturus eſt regnū
multis modis· Primo per fidem
probatur homo·ſicut clericus p=
batur quando recipi debet ad ordi
nem vel beneficium·ij· Cor·vlti·
Voſmetipſos tēptatē· ſi eſtis in
fide ipſi vos probate in operibus
glo·quia fides ſine operibus mor
tua eſt·i·Petri·pmo·Probatio fi
dei veſtre/ precioſior ſit auro qd'
per ignem probatur· id eſt fides
veſtra p temptationes probata
et examinata precioſior ſit auro·

Sicut aurum in fornace examina
tur prolatum foras cuius ſit ful=
guris apparet·Ita fidelium con=
ſtātia inter preſſuras contempti
bilis videtur·ſed finito certamine
in iudicio quantē ſit glorie oſten=
ditur·Secundo probatur per pa=
cientiaʒ in tribulatione· Sicut au
rum probatur in fornace ignis·
Sapie·iij· Tanꝙ aurum in forna
ce probauit electos· ſcʒ dominus
et Job·xxiij· Probabit me quaſi
aurum qd' per ignem tranſit·glo·
Patientia ſanctorum auro com=
paratur·quia ſicut in metallis ni
chil precioſi9 auro· ita hec apud
deum omni laude digniſſima·ideo
Zach·xiij· Probabo eos ſicut p
batur aurum.Qui autē in tribula
tione deficiūt aurum non ſunt nec
argentum·ſed es vel plumbum·
Moneta q̄ falſo ſonat vt es· vel
plicatur ſuper digito vt plumbū
nō recipitur·ſed caſſatur·Ihere.
vi·Argentum reprobum vocate
illos vt falſam monetaʒ·econtra
dicitur in ps· Probaſti cor meuʒ
⁊c.⁊ non eſt inuenta in me iniqui
tas·Eccl'·ij·In igne probatur au
rum ⁊ argentuʒ·homines vero re
ceptibiles ſunt·id eſt digni vt re
cipiātur in camino humiliationis
id eſt tribulationis· que humi=
liat animam ne cadat per ſuper=
biaʒ.Eccl'·xxvij·Vaſa figuli pro
bat fornax·⁊ hoies iuſtos tēpta=
tio tribulationis·Olla vacua po=
ſita ad ignem crepat·plena non·
Sic homo vacuus gratia dei cre=
pat propter impatientiam·Ter=
tio probatur per temptationes·

Tobie·xij· Quia acceptus eras
deo·neceſſe fuit vt temptatio pro
baret te·ſicut probatur miles in
torneamento· Aug⁹. Temptaris
vt proberis·p̃s·Tempta me dñe
et proba me· quia beatus vir qui
ſuffert temptationem. quoniam
cum probatus fuerit accipiet co=
ronam vite. Jacobi·primo· Tem
ptaris vt qui neſciebas te·a te ip
ſo inueniaris· Eccl'·xxxiiij·Qui nõ
eſt temptat⁹ quid ſcit·id eſt ſeip
ſum nouit. Grego· Cum tempta
mur ad dei iudicium recurrere de
bemus et maiores laudes ei refer
re q̃d pulſati verbis non nouim⁹
vñ·p̃s· Proba me dñe et ſcito cor
meum. et fac noſſe me. Item tẽ=
ptaris vt exercearis vt miles i tor
neamento· Habet eñi miles criſti
torneamentum contra mundum.
et carnem et diabolum. Job·i·
Caldei· id eſt demones fecerunt
tres turmas et inuaſerunt came=
los·id eſt fortiores.p̃s· Seru⁹ tu
us exercebatur in iuſtificationi=
bus·id eſt temptationibus·Quar
to probatur per verba ſicut por=
cus probatur in lingua ſi ſit ſan⁹
vel non· Non dicitur porcus ſan⁹
qui habet grana i lingua·Sic ho
mo qui habet mala verba· ſcꝫ a=
tu'ationis/detractionis/murmu
rationis et huiuſmodi·de primo·
Prouerb·xxvij· Sicut probatur i
conflatorio argentum ⁊ in forna
ce aurum·Sic probatur homo o=
re laudantium. ſic detrahentium
Jheronim⁹· In verboꝝ pondere
probatio conſiſtit vite humane.
De tertio dicit Gregori⁹·Qualis
vnuſquiſqꝫ apud ſe lateat.' illata
contumelia probat·Sapie·ij·Cõ
tumelia et tormento interroge=
mus eum et probemus patientiã
eius·Quinto per opera ſicut pro
batur arbor eſſe bona vel mala
ex fructu. Math·vij· Arbor bo=
na fructus bonos facit ⁊c̃·Eccl'·
xlvi· Samuel in fide probatus eſt
id eſt in operibus·Sapie·iiij·fi=
lij qui naſcentur teſtes ſunt neq̃=
cie aduerſus parentes·id eſt ope
ra operarios accuſabunt in die iu
dicij· Joh·ix· Me oportet opera=
ri opera patris mei. opa eñi que
ego facio teſtimoniũ perhibent
de me·ideo dicitur·ij·Timoth·ij·
Sollicite cura teipſuꝫ probabileꝫ
exhibere deo operarium in confu
ſibilem· Sexto ex conuerſatione.
Sicut homo probatur ex habitu
et facie·Eccl'·xix· Ex viſu cogno
ſcitur vir· et ab occurſu facie co
gnoſcitur ſenſatus ab inſenſato·
Eccleſiaſtes.viij·Sapientia ho=
minis lucet in vultu eius· Eccl'.
xix·Amictus corporis et riſus dẽ
tium enunciant de illo.ideo dicit·
Deut°·primo·Date ex vobis vi=
ros prudentes et gnaros quoruꝫ
conuerſatio ſit probata in tribus
veſtris·Septimo per obedientiaꝫ
p̃s·Probaui te apud aquas con
tradictionis·glo·id eſt apud po=
pulum contradicentem tibi·Qui
eñi graditur viaꝫ domini multos
habet cõtradictores/detractores
inſultatores/inſidiatores. Sic p
bauit de⁹ abraaꝫ·Geñ·xxij·Tem
ptauit de⁹ abraam ⁊ dixit ad eũ.
Tolle filium vnigenitum ⁊c̃.



Quomodo querendus eſt deus.

m Vlti querunt dominũ et
non inueniunt· quia non
querunt ſicut debent·vel
quando debent· vel vbi debent.
Tria ſunt ergo hic conſideranda
ſcꝫ·Quomodo querendus eſt de⁹
Quando·Et vbi· Querendus eſt
deus lacrimabiliter/ diligenter/
perſeueranter·Lacrimabiliter·ſi
cut mulier lacrimando querit fili
um amiſſum·Luce·ij· Ego et pa=
ter tuus dolentes querebam⁹ te
Bernardus· O bone iħu quomo
do te in gaudio inueniaꝫ quẽ ma
ter dolens vix inuenit. Item que
rend⁹ eſt diligenter·Si homo ita
diligenter quereret deum ſicut q̃
rit acum vel obolum vnuꝫ· forte
inueniret·Luce·xv·Que mulier ſi
perdiderit drachmam vnam non=
ne accendit lucernã et euertit do
mum et querit diligenter donec
inueniat. Deut°·iiij·Si queſieris
dñm deum tuum inuenies eum·ſi
tamen toto corde queſieris eum.
Magna ſtulticia hominum.' qui
querunt cum magno labore vel
ſollicitudine que vix vel nũq̃ poſ=
ſunt inueniri·et non querunt que
cito inueniuntur. Temporalia
vix inueniuntur queſita·Eccl'.xi·
Si ſecutus fueris nõ apprehendes
celeſtia vero qui querit inuenit.
Iteꝫ ſtultus debet reputari infir
mus qui non vult querere medici
nam vel ſanitatem et moritur· et
ſi quereret inueniret et viueret.
Sic infirmus ſpiritualiter ſicut
ſcriptum eſt in p̃s·Querite domi
num et viuet anima veſtra·Econ
tra dicit·ij· Paralipo·xv· Si quis
non queſierit dominum moriatur
Item querendus eſt perſeueran
ter. Yſaie·xxi·Venit nox et mane
ſi queritis in die pſperitatis. que
rite i nocte aduerſitatis.p̃s·Que
rite faciẽ eius ſemp·quia ſemper
auxilio eius indigetis·Canticoꝝ
iij· Surgam et circuibo ciuitateꝫ
p vicos et plateas querens queꝫ
diligit anima mea· Item non in=
uenitur deus·quare·quia nõ que=
ritur tempore congruo·Tempus
congruuꝫ eſt vita preſens· Yſaie·
lv·Querite dominum dum inue=
niri poteſt·id eſt dum viuitis·Tẽ
pus ad querendum deum congru
um eſt duꝫ ꝓpe eſt· dum dies eſt
dum vacat nogotijs noſtris·No
ta tempus ad querendum deum
congruuꝫ eſt. Dum dies eſt·Duꝫ
prope eſt· Dum vacat negotijs
noſtris· Dum ergo dies eſt que=
rimus eum·quia vix aliquis de no
cte euꝫ inuenire poteſt·Cantico·
iij·Per noctem·ſcꝫ culpe ignorã=
tie vel mortis queſiui eum·et non
inueni· Noli ergo expectare que
rere deum vſqꝫ ad noctem mortis
ſicut multi faciunt·de quibus dici
tur Joh·viij·Ego vado et quere
tis me et in peccato veſtro mori
emini· Sed fac ſicut ille ioſias de
quo dicitur·ij· Paralipo·xxxiiij·
Cum adhuc puer eſſet cepit que
rere dominum·quia dicitur·Pro=
uerb·viij· Qui mane vigilauerint
ad me inuenient me mane·ſcꝫ iuuẽ
tutis· Item tempus queredi deũ
eſt dũ ꝓpe eſt et pſens ẽ. Yſa·lv·

Querite dominum dum inueniri
poteſt. inuocate eum duz prope eſt
Pulſat enī ad oſtium cordis. non
oportet eum multum longe que=
rere. Apocal. iij. Ego ſto ad oſti
um et pulſo. Aperi ergo ei cito
ne forte declinet et recedat. ⁊ nō
poſſis eum inuenire cum ſponſa q̄
dicit. Canticoꝝ. v. Vox pulſantis
dilecti mei. Api michi ſoror mea
amica mea ⁊c̄. ſequitur. Spoliaui
me tunica mea ⁊c̄. Et paulo poſt
ſequitur. Surrexi vt aperirez dile
cto meo at ille declinauerat atqȝ
tranſierat. queſiui illū et non inue
ni. vocaui et non reſpōdit michi.
Nec mirū quia ad oſtiū tuū pul=
ſauerat et noluiſti ei aperire. ideo
dicitur. Joh. vij. Adhuc modicū
tempus vobiſcuz ſum ⁊ queretis
me et non inuenietis. et vbi ego
ſuz vos non poteſtis venire. Itez
tempus querendi deū eſt duz po
teſt negotijs noſtris itēdere. qui
habet negociū ad regem obſer=
uat tēpus quo poſſit inuenire illū
placatum. Nunc eſt tempus mi=
ſerendi. nunc omnis qui querit in
uenit. ſed cuz accepit tempus vt
iuſticias iudicet non eſt tempus
miſericordie. ſed iuſticie. Nūc eſt
tempus miſericordie et requiren
di dn̄m. Oſee. x. Tempus requirē
di dn̄m cuz venerit q̇ docebit vos
iuſticiam. ideo dicitur. Luce. xiij.
Contendite intrare per anguſtā
portam. qr dico vobis. multi que=
rent intrare ⁊ non poterūt. ſez illi
qui cōuertuntur ad veſperā cum
fatuis virgibꝫ. Math. xxv. Do=
mine dn̄e aperi nobis ⁊c̄. Stult9
eſt infirmus qui expectat quere=
re medicinā poſt mortez vel iam
quādo non poteſt conualeſcere.
Joh. vij. queretis me et non inue
nietis. quia nimis tarde. ſicut fa=
tue virgines. Math. xxv. Prou.
primo. Mane conſurgent ad me
et non inuenient me. Itez non in
uenitur qui non queritur vbi ipſe
eſt. Non enī inuenit̄ in terra ſua
uiter viuentium. vt dicitur. Job.
xxvi. ſed i deſerto. Math. iiij. ps.
In terra deſerta in via et inaquo
ſa ſine humore delitiarū. ſic in ſan
cto deſiderio apparui tibi. Itē nō
inuenit̄ in delitijs tēporalibꝫ a cu
pidis. Oſee. v. In gregibꝫ ſuis et
in armentis vadent ad querendū
dominū et non inuenient. Abla=
tus eſt enī ab eis. ſed inuenitur in
preſepio pānis inuolutus. Luce.
ij. Hoc vobis ſignum. Inuenietis
⁊c̄. Itē non inuenitur in lectulo a
pigris. Canticoꝝ. iij. In lectulo
meo queſiui quem diligit anima
mea ⁊ nō inueni. ſed inuenitur in
oratione in tēplo. Prou. viij. Qui
mane vigilauerint ad me. inueni
ent me. Item non eſt inuentus in
ter cognatos. Luce. ij. Requiren
tes eum inter cognatos ⁊ notos
non inuenerūt. Regreſſi ſunt ihe=
ruſalem et ibi inuenerunt eum in
templo. non in chorea vel in foro
ſed in medio doctoꝝ pueroꝝ. Sic
qui inter cognatos deum non in=
uenit. querat eum in iheruſalem
id eſt in clauſtro religioſorum.
Canticoꝝ. iij. Paululum cuz per
tranſiſſem inueni quem diligit a=
nima mea. tenui eū. nec dimittaz
donec introducam ⁊c̄.



De religioſo.

D Ebet ver9 religioſus mor
tuus eſſe mundo. ſicut di
citur. Col. iiij. Mortui e=
ſtis et vita veſtra abſcondita eſt
cū xp̄o in deo. Vnde ſicut mortu9
in ſepulcro abſconditur. ſic reli=
gioſus in clauſtro. ſicut docet do
minus. Yſaie. xxvi. Vade popul9
meus intra in cubicula tua. idem
in clauſtro claude oſtia tua ſup
te. id eſt ſenſus corporis. In peri
culo eſt theſaurus vbi omia oſti
a ſunt aperta. Item nunquid mo
nachum clauſtralem ſe debet re=
putare! cuius pedes ſunt quoti=
die in foro. vt dicitur. Prouer. vij.
De muliere garrula vaga inquie
tis impatiens. nec valens in do=
mo conſiſtere pedibus ſuis. et co
gitationes ⁊ affectiones perſtre
pere nō ceſſat in mundo. cui9 ani
ma facta eſt quaſi forum rerum
venalium. Sicut benedab conceſ
ſit achab. iij. Reguz. xx. Fac tibi
plateas in damaſco et forum re
rum venalium. ſicut fecit pater
meus in ſamaria. Sic multis con=
ceſſit diabolus vt aīa ſua ſit foꝝ
rerum venalium. quia non cogi=
tant nec attendunt niſi tempora=
lia. Iſti exierunt de mundo corpo
re. ſed remanēt mente. corpus eſt
in choro ſed cor i foro. Iſti ſigni=
ficantur per vxorē loth. que poſt
exitum de ſodomis retroreſpiciēs
verſa eſt in ſtatuam ſalis. Gen̄.
xix. Statua ſimilitudinem habet
hominis. non veritatē. Sic tales
ſimilitudinem monachi ſecunduz
habitum ſed non ſecundum veri=
tatem. vnde. i. Reguz. xix. Nuncij
ſaul credentes inuenire dauid in
lectulo. id eſt monachuz in clau=
ſtro. non inuenerunt niſi ſtatuam
et pellem capre. id eſt habitum
monachalem. Similiter petrus ⁊
iohānes credētes inuenire xp̄m
in ſepulcro nō inuenerunt niſi ſu
dariuz. Item debet eſſe monach9
mortuus mundo. Vnde ſicut cor=
pus mortui iacet i terra. ſed ſpūs
eſt in celo. Sic religioſus ſi in ter
ra eſt corpore. i celo debet eſſe mē
te. Phil. iij. Noſtra cōuerſatio in
celis eſt. Aues que circa terrā vo
litant citius capiūtur q̄ ille que
in altum. Prouerb. primo. Fruſtra
iacit̄ rete ante oculos pēnatoꝝ.
glo. laq̄os diaboli facile euadit
in terris! q̇ oculos ſemp habet in
celis. Itē ſicut aīa mortui ſepatur
a carne. Sic religioſus debet ſepa
ri a carnali amore. Si enī hō poſt
mortē ius nō habet i ppriaz vxo
rez. q̄ntomagis in alienā. Caro di
cit̄ beſtia mortua q̄ laſciuiā nō re
linq̇t. Qui in carne ſūt deo place=
re nō poſſunt. Et ſic̄ caro mortua
cōſumit̄ a vermibꝫ in ſepulcro et
ſpūs eſt in celo. Sic iuſt9 p peni
tentiā cōſumit corp9 ſuū in hoc
mūdo. ſed mēte ē i celo. Job. vij.
Suſpēdiū elegit aīa mea i deſide=
rio eternoꝝ. et mortē oſſa mea mor
tificatione mortaliuz deſideriorū.
Itē religio hoiez fortiorē reddit
et efficit. Latro ſi quē videt ſoluz
inuadit citi9. q̄ ſi ſocietatē habe=
ret. ⁊ in collegio fortior ē. qr vni
tas mētiū et corpum. Prou. xviij.

Frater qui iuuatur a fratre quaſi
ciuitas firma. Item ille qui ludit
in alea primo ꝓijcit teſſeres. ſed
poſt ligat aleas ſuas. ⁊ illis liga-
tis nō habet locū tollēdi qui lu-
dit cōtra eū. Ludus itaqȝ alearū
tollendā nobiſcū eſt cū diabolo.
liga ergo te quātuȝ potes. qꝛ liga
ta nō tollit diabolꝰ. Ligas beſtiā
tuā ne amittas eā. et quare nō li-
gas te vinclo religiōis. q̄ te amit
tis ſolutuȝ. Nunqđ magis diligis
beſtiā tuā ꝙ̄ te. Eccl. vi. Subijce
collū tuū vinclis illiꝰ. qꝛ vincula
illiꝰ alligatura ſalutis. Iteȝ mor
tuꝰ nō ſentit ſi pūgat̄ vel deijcia
tur vł eleuet̄. Sic vere mortuꝰ mū
do. ij. Reg. xiiij. Sicut angelꝰ dn̄i
dn̄s meꝰ rex vt nec bn̄dictiōe nec
maledictione moueat̄. Aſinꝰ nec
de luto qđ portat indignat̄. nec de
auro ſupbit. Sic religioſus bonꝰ
nec de hūili officio turbat̄. nec de
honorabili ſupbit. vt poſſit dice-
re illđ. ps. Vt iumētū factꝰ ſum
apud te. Sed ſūt quidā qui qn̄do
reſtringunt̄ inflant̄ ⁊ turbantur
mł'tū. Sic equꝰ qn̄ ſtringit̄ īflat
ventrē. ps. Hūiliatꝰ ſuȝ et nō ſuȝ
turbatꝰ. Itē mortuꝰ oīa tēpora-
lia relinq̄t. Sic religioſus oēm ꝓ
prietatē deſerere. et oīa cōmunia
deo et fratribꝰ reputare debet. ⁊
nichil ſibi arrogare. i. Cor. iiij.
Quid habes qđ nō accepiſti ⁊c̄.
Ideo conſueuerūt dicere. noſtruȝ
nō meū. Nō niſi de ſolo pctō pōt
hō dicere meū eſt. ſed ſepe fit cō
trariū. qꝛ peccatis ſuis alios aſſo
ciāt. ⁊ bona que a deo ſūt: ſibi ap
ꝓpriāt. Bern̄. Monacho habēti

ꝓprium. negabit deus ſuū ꝓpriū:
ſcȝ celum.

De repletione.

Quando aliq̄s vult doliū
ſuū implere vino. Primo
euacuat illđ. Scđo lauat
Tertio ligat. Quarto erigit. ſic q̄
vult repleri gr̄a ſpūſſancti. debet
cor ſuū euacuare a vento ſupbie
id eſt oī immūditia. qꝛ ſicut dicit.
Bern̄. Nō eſt vbi ſe īfundat gr̄a
vbi totuȝ occupat vanitas. Vaſa
enī vacua repleta ſūt oleo gratie
et deficiente vaſe vacuo: ceſſauit
oleuȝ. vt dicit̄. iiij. Reg. iiij. Timor
enī infuſa repellit. vnde ſup illud
Aue gr̄a plena. dic̄ Bern̄. Que-
ris q̄ merito gr̄a plena eo ꝙ mē
tem eius nullū meritū occupauit
hūanū quo minꝰ īflueret gratie
plenitudo. Secūdo debet lauari.
Nemo ſapiēs bonū vinū ponit in
vaſe immūdo. nec deꝰ gratiā ſuā
in corde immūdo. Bernar. Balſa
mū eſt gratia dei: vas puriſſimuȝ
req̄rit. debet ergo lauari vas cor
dis aqua lacrimarū in cōfeſſione
Lauant̄ enī oīa ī cōfeſſione. Yſa.
i. Lauamini mūdi eſtote ⁊c̄. Ezech.
xvi. Laui te aqua et mūdaui ſan-
guinē tuuȝ. id eſt peccatū tuuȝ. et
vnxi te oleo gratie. Tertio debet
obſtrui ⁊ ligari vas cordis. Vas
enī qđ nō habet operculū et liga
turā deſup immūduȝ erit. Obtura
ergo ſenſus tuos ne gratia dei ef-
fundat̄ p aliqđ forāmē ita ſollici
te ſicut obturas dolia tua ne vi-
num effundat̄. qꝛ mors intrat p
feneſtras domꝰ vento mortife-
ro. Sic ī ſenſus tuos mala. ſed ori
tuo facito oſtia et ſeras auribus



tuis. Eccl. xxviij. Debet etiaȝ vas
cordis ligari multis circulis et vi
culis. Primum eſt timor dn̄i dei.
ſcȝ religioſitas. ſcȝ cor religās ne
gratia effundat̄. ⁊ iuſtificabit cor
vt ianitor domum. Prou. viij. Ti-
mor dn̄i odit malū. Secunduȝ eſt
obedientia. Sicut ligat hō beſtiā
ne fugiat. Ezechiel. iij. Ecce data
ſunt ſup te vincula obedientie. ſcȝ
diuinoꝝ preceptoꝝ et ligabūt te
in eis. ſcȝ prelati. et non egredie-
ris de medio eoꝝ tranſgrediendo
vel ſine licentia. Eccl. vi. Mitte
pedeȝ tuū in cōpedes illius. ſubij-
ce humerū tuū et porta illam. et
ne acciderīs in vinculis illiꝰ. vin-
cula enī illius alligatura ſalutis.
Tertiuȝ eſt infirmitas corporis q̄
ligatur homo vt non poſſit moue
ri ad peccatū. Ezech. iiij. Ecce cir
cūdedi te vinculis vt non mouea
ris. ſcȝ ad peccatū. ⁊ nō cōuertes
te a latere in latus donec cōpleā
tur dies obſidionis tue. Quartuȝ
eſt pax. ad Col. iij. Sup oīa autē
hec caritateȝ habete ⁊c̄. Quarto
requiritur ꝙ ſit erectū p cogita-
tionē ⁊ deſideriū. ſicut canis ſallit
poſt cibū. ⁊ auis nobilis poſt pre
daȝ collū extēdit. Job. xxxix. Nū-
quid ad preceptū tuū eleuabitur
aquila ⁊c̄. Quatuor ſunt ſigna re
pletionis. Primū eſt quādo pcuſ
ſum non reſonat. vt patȝ in dolio
vino pleno. hoc eſt in illis qui ad
pcuſſionē tribulationis non mur-
murant. vt martires ſancti de qui
bus dicit̄. Non murmur reſonat.
non querimōia ⁊c̄. Job. vi. Nūqđ
mugiet bos cuȝ ad pſepe plenuȝ

fuerit. quaſi diceret. non. Cuȝ enī
pſepe cordis plenitudineȝ habet
gratie. non habet locuȝ mugitus
tribulationis. Exemplū de beato
Stephano non reſonāte p impa-
tientiā cum lapidaret̄. qꝛ plenus
gratia et fortitudine. Actuū. vi.
Nota olla vacua ad ignē crepat
plena non. Eccl. xxvij. Vaſa figu
li ꝓbat fornax ⁊c̄. Secunduȝ eſt
quando non poteſt plus intrare.
Sic hō plenꝰ gratia et tempora-
lia et carnalia deſpicit. Yſa. pmo
Plenus ſum. holocauſta arietuȝ
⁊c̄. nolui. Hoc fuit in beata virgi
ne. Luc̄. pmo. Aue gratia plena
Bernar. Delicata eſt diuina con
ſolatio nec cōcedit̄ admittentibꝰ
alienā. Qui habet bonū vinū non
querit aquā fetidā. ps. Rēnuit cō
ſolari aīa mea ⁊c̄. Grego. Mētē
quā ſpūſſanctꝰ repleuerit ī ama
ritudinē terrenoꝝ. et in dulcedi-
nē eternoꝝ cōmouet. Tertiū eſt
ſupeffluere. Quando hō p bona
opera ⁊ verba gratioſa effluit ad
modū fluuii mūdantis. Eccl. xxiiij
Qui adimplet quaſi eufrates ſen
ſum. Et nota ꝙ ſicut vas ſupinfu
ſum effluit circūquaqȝ. ita gratie
dulcedo infuſa cordi redundat in
ſenſus corporales. Naȝ eufrates
non ſolū ſuū implet alueū ſed ſup
infundit egyptū. Et hec plenitu
do eſt in xpo: quem legimus ple
num gratie et veritatis. de cuius
plenitudīe oēs nos accipimꝰ. Di
citur ergo vas cordis plenuȝ gra
tia: quādo redundāt deſuper ver
ba gratioſa. Ex habundantia enī
cordis os loquitur. Non poteſt

exire de vaſe niſi qđ i eo eſt. Gre
go. Spirituſſanctus eos quos re
pleuerit de ſe loquentes facit.
Quartum eſt ponderoſuꝫ vas ple
nuꝫ non ita cito mouetur ſicut va
cuum. Sic homo plenus gratia.
Exemplum de petro qui ad vo=
cem ancille negauit xp̄m. et poſt
plenitudinem ſpūſſancti. crucem
ſuſtinuit. Et de agatha quā tan=
to pondere ſpūſſanctus vinxerat
ꝙ moueri non poterat. nec tra=
hi ad peccatum. Similiter de ſan
cta lucia. Notā de hoc capitulo
de inſtabilitate.

De reſurrectione generali.

p Oteſt ꝓbari reſurrectio
generalis corporuꝫ. Au
ctoritatibus. Rationibꝫ
et Exemplis. Auctoritatibus. qꝛ
Yſaie. xxvi. Viuent mortui in ter=
fectiqꝫ tui reſurgent. Ezechiel.
xxxvij. Educam vos de ſepulcris
veſtris popule meus. et dabo vo
bis ſpūm et viuetis. Et Job. xix.
Scio ꝙ redemptor meus viuit. ⁊
in nouiſſimo die de terra ſurrectu
rus ſuꝫ ⁊ in carne mea videbo deū
ſaluatorem meuꝫ. i. Cor. xv. Om
nes quidem reſurgemꝯ. Et. ī. Ca
net eni tuba. et mortui reſurgent
incorrupti. Item rationibus po=
teſt ꝓbari. Si aliqua corpora ſunt
ſicut ſemina. que prius moriūtur
et putreſcunt ⁊ poſt viuificantur
multomagis corpus humanum
qđ eſt nobiliſſimū inter alia cor=
pora. i. Cor. xv. Inſipiens tu qđ
ſeminas non viuificatur niſi priꝯ
moriatur. Item hoc exigit eccle
ſie cōformitas. Si eni xp̄s qui eſt
caput eccleſie reſurrexit. totū cor
pus eccleſie reſurgere debet. ali=
ter non eſſet corpus eccleſie inte
grum. nec decens. i. Cor. xv. Cri=
ſtus reſurrexit a mortuis p̄mitie
dormientium. Quādo rex vel ali=
quis magnus facit filium ſuū mi
litem nouum. multos alios cum
illo in milites vocat vel ꝓmouet
Ita deus pater rex celi et terre
quādo reſuſcitauit filiū ſuuꝫ ih̄m
dedit nobis ſpem reſurrectionis
noſtre. Roma. vi. Si xp̄us reſurre
xit et nos reſurgemus. Item plꝯ
poteſt deꝯ ꝙ̃ artifex aliquis. Vn
de ſi artifex de cinere vitruꝫ purū
facit. et fractum vitrum liquefa=
cit ⁊ reformat. et de metallo ima
ginem hominis facit. et de terra
ferrum. Quid mirum ſi ſūmus ar
tifex hoc faciat de corporibus ho
minuꝫ. Phil. iij. Saluatorem ex=
pectamus dominū noſtrum ih̄m
xp̄m qui reformabit corpus hu=
militatis ⁊c̃. Item hoc probatur
naturalibus exemplis. Plus eni
poteſt deꝯ ꝙ̃ natura. Naꝫ de pul
uere fenicis q̇ ſola auis eſt. aliuꝫ
fenicē facit naturaliter. Item ad
rugitum leonis ſuſcitantur leūū=
culi. Et quare non poterunt ho=
mines ſuſcitari ad vocem filij dei
Johānis. v. Mortui audient vo=
ceꝫ filij dei. et qui audierint viuēt
Item ad iuſſionem ſanctorū mul
ti mortui ſuſcitati ſunt. et quare
non ad iuſſionem dei omnes pote
runt ſuſcitari.

De recidiuo.



d Ebent a recidiuo multa
retrahere. piculoſior ꝙ̃
ante infirmitas. recidiuā
tes debiliores ſunt ꝙ̃ ante. ⁊ quā
to frequentius cadunt tanto plꝯ
lcdunt et debiliores fiunt. et dif
ficilius reſurgunt. Luce. xi. Sunt
nouiſſima hominis illius peiora
prioribus. Tales ſunt ſicut ſubte
lares vel pelliceuꝫ vetus que te
nere ſuturam nequeunt et in lu=
tum inferni proiciuntur. p̃s. Vt
lutum platearum delebo eos. ſcꝫ
de libro vite eterne. Item medi=
cine ſumptuoſitas. ſcꝫ paſſio xp̄i
i. Cor. vi. Empti eſtis precio ma
gno. Auguſtinꝯ. Homo appende
te ex precio ne tibi vileſcas. Iſti
ſunt ſicut non cordati milites. qui
ſolo timore cadunt et fugiunt de
prelio. Seneca. Plura nos terrēt
ꝙ̃ primatuꝫ. et plus opinione ꝙ̃
re laboramus. Item ſimiles ſunt
vxori infideli que peregrināte ma
rito. et moram faciente adheret
alteri. Judicū. xiiij. Dalida vxor
Samſonis accepit alium virum.
Sic anima miſera cōmittit ſpiri=
tuale adulteriuꝫ mergens ſe car
nis illecebris ſpōſo ſuo xp̄o dereli
cto. Ihre. iij. Quomō ſi contēnat
mulier amatorem ſuum. ſic con=
temſit me domus iſrael. ſed dici=
tur. Prouerb. vi. ꝙ zelus et furor
viri nō parcet in die vindicte. nec
acquieſcet cuiuſꝙ̃ precibus ⁊c̃.
Item mortis eternitas cuius cō
paratione mors temporalis dul=
cis eſt. p̃s. Mors depaſcet eos. ſi
cut beſtiam herba et non conſu=
met. Hi cōparantur porco in vo=
lutabro luti. ij. Petri. ij. Sus in vō
lutabro luti. Iheremie. ij. Quā vi
lis facta es. nimis iterans vias
tuas. Item peccatum deum ex=
pellit ab homie. quia ponit immū
diciam in hoſpitio cordis ne xp̄s
ingrediatur. mundi eni ſunt ocu=
li eius et ad iniquitatem reſpice=
re non poterunt. Ideo poteſt cō=
pari taxo. qui egreditur de foſſa
quā cauauit magno labore. ſuper
ueit eni vulpis et ſtercoriꝫat ante
foſſam vel in foſſa. et cum taxus
redit non curat amplius habita
re ibi. ſed relinquit eam propter
immūdiciam et ſic lucrata eſt eaꝫ
vulpis. Sic cor humanum duruꝫ
xp̄us cauauit per paſſionem ſuaꝫ
vt habitaret per gratiam. ſed re
cedit ab eo propter immūdiciam
peccati. quam ibi diabolus ſter=
coriꝫat per malam cogitationem
et delectationem quam ſuggerit
Sapie. p̄mo. Corripietur a ſuper=
ueniente iniquitate. glo. expelle=
tur. Item multiplex dānum. ſcꝫ
perditio gratie. cum qua omnia
bona perduntur. Ezechiel. xviij.
Si auerterit ſe iuſtꝯ a iuſticia ſu=
a et fecerit iniquitatem omnes iu
ſticie quas fecit non recordabun
tur. Eccleſiaſtes. ix. Qui in vno
peccauerit. multa bona perdet.
Exemplum de filio pdigo. Luce
xv. Item temporis perditio. Gre
gorius. Omne tempus tibi im=
penſum requiritur a te quomodo
ſit expenſum. Threñ. p̄mo. Vo=
cabis aduerſuꝫ me tempus. Iteꝫ
corpus domini cui cum tanto la=
bore hoſpitium paratur. et poſt

peccatū turpiter expellitur. Tur-
pius eñi eijcitur ꝙ̃ non admitti-
tur hoſpes. Multum triſtaretur
aliquis qui expelleret euꝫ de ho-
ſpitio ſuo. de domo ſua ipſe eum
expellet. vnde Mathei. xxv. Ho-
ſpes fui et non ⁊c̃. Ite ergo ma-
ledicti in ignem eternuꝫ. Verſus
Morbus. mors. ſumptus. pecca-
tum. gratia. tempus. Et corpus
domini. ſine fine caueto relabi.

e
Go ſum oſtium per me ſi
quis itroierit ſaluabitur
Joh. x. Sicut ſaluus eſſe
dicitur qui iam eſt in dei gloria.
Ita dicitur in via ſaluationis qui
eſt in gratia dei per quam ſolam
homo poteſt ad eternam gloriaꝫ
peruenire. Sine gratia eñi dei ho-
mo non eſt in via ſaluationis ſed
magis in via damnationis. Sicut
autē ipſam gloriam per quā ho-
mo eſt ſaluꝰ dat ſolus deus. Ita
ipſam gratiam per quam homo
eſt in via ſaluationis ſolus deus
cōferre poteſt. Et ideo gratia dei
ſicut et ipſe deus nobis erat diffi-
cilis ad inueniendum quouſqꝫ ip-
ſe fecit vnum oſtium per qḋ ipe
exeūdo ad nos venit. et ꝑ qḋ nos
in mundo ad ipſum et eius gra-
tiam de facili poſſumus venire.
Iſtud autē oſtium eſt beata ma-
ria. et hoc eſt qḋ ipſa dicit in his
verbis. Ego ſum oſtiuꝫ ⁊c̃. Oſti-
um. ſcꝫ per qḋ exiuit et venit in
mundum. per me ſi quis introie-
rit ſaluabitur. Ad ipſam ergo re-
curramus. Introitus.
Naturaliter omīs homo qui eſt
in aliquo periculo deſiderat ipm̄
periculum euadere. ⁊ in ſtatu ſal-
uo et ſecuro eſſe. Omnis autē ho-
mo qui eſt in hoc mūdo eſt i ma-
gno periculo. non ſolum perden-
di corpus et res temporales. ſed
qḋ maius eſt perden animam.
In via eñi huius mundi multos
habemus inimicos. qui continue
nobis inſidiantur vt nos inducāt
ad aliquod peccatuꝫ ꝓpter quod
incurrimus damnationem eternā.
Vnde cuilibet eſt multum deſide-
rabile eſſe in ſtatu ſaluationis.
Diſtinctio.
Sciendum eſt ꝙ tunc vere et per-
fecte erimꝰ ſalui et ſecuri cuꝫ do-
minus induxerit nos in locum il-
lum ita tutum et ſecurum ꝙ nun-
ꝙ̃ erit ibi aliquod periculum in-
currendi damnum. ſcꝫ in paradi-
ſum. Ipſe autē paratus eſt nos
ibi collocare. ſi nos fecerimus ea
que ad hoc requiruntur. Que ſūt
Obedientia in preceptis. Tempe-
rantia in proſperis. et Patientia
in aduerſis. Primo ergo ſi volu-
mus ſalui fieri. oportet ꝙ habea-
mus obedientiaꝫ in preceptis. Oī
eñi die qua recipimus neceſſaria
conducimur a domino ad labo-
randum in vinea ſua. id eſt in ec-
cleſia. cuius fidem tunc recepi-
mus. Merces auteꝫ quas nobis
deꝰ daturus eſt in fine diei. id eſt
in fine vite eſt ſalus eterna. Sed
certe ſi aliquis conduceret aliqͦs
homines et mandaret eis ꝙ fa-
cerent aliquod opus. ſi ipſi nol-
lent illud opus facere. ſed face-
rent aliud qḋ ei diſpliceret. non



daret eis in veſpere mercedeꝫ ſuā
promiſſam. Sed cum deus nos in-
duxerit et ꝑcepit ꝙ faciamus bo-
na opera ſi nos tranſgreſſi fueri-
mus precepta eius et fecerimus
opera mandatis eius contraria.
et que ſibi diſplicent. dignum et
iuſtū eſt vt nō det nobis mercedē
quā promiſit. nec nos ſaluet. Ne-
qꝫ enim propter ſolam fideꝫ quā
ſeruamus credendo in eum. reci-
piemus mercedem niſi laborae-
rimus in bonis operibus ⁊ ſerua-
uerimus precepta ipſius. Vnde
Jacobi. ij. Quid prodeſt fratres
mei ſi fidem dicat ſe quis habere.
opera autem non habeat. nunqḋ
poterit fides euꝫ ſaluare. quaſi di-
cat non. Nota ꝙ cum poſt mortē
non ſint niſi duo ſtatus in quibus
omnes erunt qui habuerunt eta-
tem cognoſcendi et faciendi pre-
cepta dei. ſcꝫ paradiſus qui eſt lo-
cus ſaluationis. et infernus qui
eſt locus damnationis eterne. Il-
li qui non compleuerunt ope-
ra ad que facienda adducti ſunt
non ſolum hoc habebunt vt mer-
cedem perdunt. ſcꝫ ſalutem eter-
nam. ſed etiam incurrent damna-
tionem eternam. Et ideo dicitur.
Eccl. iij. Sic facite. ſcꝫ ſicut preci-
pit. vt ſalui ſitis. Secundo oportet
ꝙ habeamus temperantiā in ꝓ-
ſperis. temporalia non nimis dili-
gendo. Sicut enim nauis onera-
ta facilius periclitatur etiaꝫ pro-
pter minorem tempeſtatem. et ꝑ
abbreuiationē oneris facilius ſal-
uatur. Sic homo nimis oneratus
iſtis rebus temporalibus facilıꝰ
et cuꝫ minori vento leuioris tem-
ptationis periclitatur ꝙ̃ homo
ab iſtis abbreuiatus. Iſtud autē
pondꝰ magis facit affectio ꝙ̃ poſ-
ſeſſio. Et iſtam abbreuiationem
magis facit contemptus ꝙ̃ effe-
ctus. Multi eñi qui habent mul-
tas diuitias per poſſeſſiones ſunt
breuiores ꝙ̃ alij qui habent mo-
dicas. quia ibi dorſum ſuum. id eſt
voluntatem ſuam ſubmittunt di-
uitijs licet paucis. et ideo ſunt ip-
ſis onerati. Sed licet aliqui ha-
beant multas diuitias non ponūt
eas ſuper ſe ſicut faciunt auari.
ſed magis ipi ſtāt ſuꝑ eas tenen-
tes ſub pedibus. et conculcantes
eas per contemptum. quia pro-
pter eas non facerent contra de-
um. Expēdunt etiam eas et diſpē-
ſant ſicut debent. et ideo tales nō
ſunt in tanto ꝑiculo. ſed adhuc
ſunt in minori periculo. et etiam
in meliori via ſaluationis. qui to-
taliter nichil habent. ſcꝫ propter
deum et ſunt pauperes ⁊ facto ⁊
voto. Job. v. Porro deus ſaluum
faciet egenuꝫ. Nota ſicut videmꝰ
corporaliter. quando homines lu-
ctantur ꝙ homo nudus in mino-
ri periculo cadendi eſt quādo non
habet vnde ab aduerſario ca-
piatur nec trahatur. homo autem
veſtitus habet multas partes ꝑ
quas poteſt capi et trahi. Sic ho-
mo pauper qui non habet volun-
tatem ſuam iſtis rebus tempora-
libus ſubiectam. non de facili po-
teſt ab inimico in temptationi-
bus capi nec trahi. et ideo in mi-
nori ꝑiculo eſt cadēdi in peccatuꝫ

ſed homo diues et in iſtis tempo
ralibus inuolutus ꝑ multas par
tes poteſt trahi et capi ab inimi
co. et ideo eſt in magno periculo
cadendi in peccatum ⁊ incurrendi
magnam penam et damnationē
ps̃. Pauper clamauit et dominꝰ
exaudiuit eum. et ex omnibus tri
bulationibꝰ ſaluauit eū. Tertio
oportet ꝙ habeamus patientiam
in aduerſis tribulationes patien-
ter ſuſtinendo. Sicut enī infirmꝰ
non poteſt obtinere ſalutem niſi
ſuſtineat patienter dietam et me
dicinam amaram que purgat ab
infirmitate ⁊ ducit ſiue inducet ſa
lutem corporalem. Sic niſi homo
habeat patientiam in tribulatio
nibus quas deus dat nobis. vel
ſuſtineamus. que dantur ad pur-
gandum nos. tanq̃ medicus ſa-
piens. et qui bene ſcit quid nobis
ad ſalutem expediat. non obtine
bimus ſalutem eternam. et ideo
ſi volumus ſaluari quando occur
rūt tribulationes et infirmitates
vel perditiones rerum vel amico
rum. vel ſimilia. ſuſtineamus pa-
tienter. non murmuremus ſtatim
contra deum. et ſic poſſumus ſal-
uari. ps̃. Iuxta eſt dominus his
qui tribulato ſunt corde et humi
li ſpiritu. id eſt qui cum hūilitate
ſpiritꝰ tribulationes ſuſtinēt ſal-
uabit. Nota ꝙ non eſt aliq̄s qui
non libenter ſuſtineret aliquam
medicinam quantumcunq̄ ama-
ram per vnum diem. ſi ſciret ꝙ ꝑ
eam poſſet acquirere ſalutem in
tota vita ſua. Certe nos ſcimꝰ ꝙ
ſuſtinendo patienter tribulatio-
nes amore dei in hac vita. que eſt
reſpectu alterius. quaſi vna dies
effugiemus damnationem eter-
nam. et obtinebimus ſalutē eter
nam. Et ideo libenter et cum gau
dio debemus eas ſuſtinere. ex quo
enī caſu bonū euenit nobis per
patientiā ipſius. vnde Iheremie
xxx. Tempus tribulationis eſt.
Iacob. id eſt viro iuſto ex ipo. ꝙ
habet ī eis patientiā. ſaluabitur.

## De ſapientia.

Sapientia duplex hic di
ſtinguitur. Prima eſt ma
lorum. ſecunda eſt bono
rum. prima eſt reprobanda. ſecun
da approbāda. De prima. Iacobi
iij. Non eſt iſta ſapiētia deſurſū
deſcendens. ſed terrena. animalis
diabolica. Terrenam ſapientiam
habent talpe. ſcȝ cupidi in amore
terre defixi. Sicut talpa ī terra ſa
pienter ſe habet. ſupra nichil vi-
det. Luce. xvi. Filij huius ſeculi
prudētiores filijs lucis ſunt in ge
neratione ſua. Baruch. iij. Filij a
gar. id eſt terreni qui habent de
mobilibus patris non heredita-
tem. exquiſierunt ſapientiam que
de terra eſt. Non eſt magna pru-
dētia ibi theſaurizare vbi non po
teſt diu manere. vt peregrini. ps̃
Aduena ego ſum apud te o mun
de. Exemplū de perdicibus. Hec
eſt ſapientia perdicis auis que a-
liena oua furatur ⁊ tribuit ſua. et
dū alienos pullos enutrierit ab
eis derelinquitur. vel aliquando
occiditur. Nam multi aliena au-



ferunt et improuiſe extorta dimit
tunt. Iheremie. xvij. Perdix fo-
uet que non peperit. Fecit diuiti-
as ⁊ non in iudicio in dimidio die
rum ſuorū derelinquet eas. et in
nouiſſimo erit inſipiens. Anima-
lem ſapientiam habent carneles
in preparatione delitiarum. qui ſi
miles ſunt aſtucie infirmorū qui
cogitant quomodo ignorantibus
cuſtodibus habere poſſint cibum
quē appetunt licet noxium et pro
hibitū. Prouerb. pmo. Vſq̄quo
paruuli diligitis infantiā. et ſtul
ti ea que ſibi ſunt noxia. cupiunt.
Iſti quolibet mane nolunt ſe ie-
iunare de herba venenoſa de cu-
ius guſtu vident alios occumbe-
re. Iheronimꝰ. Omne ſeminariū
voluptatis venenum puta. Ro-
ma. viij. Prudentia carnis mors ē
glo. dignus eſt morte eterna qui
habet prudentiā carnis. hoc eſt
ſtudioſius implet ea que carnis
ſunt. q̃ que ſpūs ſunt. appetendo
bona tēporalia et nō fugiēdo ma
la vt bruta aīalia. Diabolicā ſa-
pientiam habent illi qui ſapien-
tes ſunt in preparatione malorū
et nequitiarum. Diabolus enim
ſemper intendit malum facere ⁊
alios decipere. Sic et iſti qui ſa-
pientes ſunt ad decipiendū alios.
Illi ſapientes ſunt vt peius va-
leant. Ihre. iiij. Sapiētes ſunt vt
faciant mala. bene autē facere ne
ſcierunt. ſicut diabolus magiſter
eorum. Iſti ſunt ſimiles inſanis
qui tunc cantant quando eos in-
firmitas magis vexat. et tanto ſa-
pientiores ſe credunt. quanto ma-
gis a ratione alieni exiſtunt. Ihe
remie. x. Stultus factus eſt omis
homo a ſapientia ſua. Iſtorū ſa
piētia infatuabitur. i. Cor. pmo.
Nonne ſtultam fecit deus ſapien
tiam huius mūdi. Item annichi
labitur. Yſaie. xxix. Peribit ſapi
entia a ſapientibus. Et perdam
ſapientiam ſapientium. et pru-
dentiam prudentium reprobabo
i. Cor. pmo. Item a dei conſilio
elongant̃. Mathei. xi. Abſcondi
ſti hec a ſapientibus ⁊c̃. Item a
dei viſione ſeparabuntur. Iob.
xxxvij. Non audebunt eum con-
templari omnes qui ſibi videntur
ſapientes. De ſapientia bonorū
dicitur Eccl. xliiij. Sapientiam
ſanctorum narrent populi. Ber-
nardus. Inueniſti plene ſapien-
tiam. ſi prioris vite peccata defle
as. ſi deſideria huius ſeculi parui
pendas. ſi eternam patriam toto
deſiderio concupiſcas. inueniſti
plene ſapientiam ſi iſta tibi ſapi-
ant prout ſunt. Hec ſapientia in
multis conſiſtit. Prima eſt in con
feſſione peccatorum. que reddit
iudicem placatum. ps̃. Dixi con-
fitebor aduerſum me iniuſticiam
meam domino. et tu remiſiſti im-
pietatē peccati mei. et immemo
rem. Ezechiel. xviij. Quacunq̄ ho
ra ingemuerit peccator ⁊c̃. Hec
eſt ſapientia leonis. qui ne inue-
niatur a venatoribus. cauda ve-
ſtigia operit. ps̃. Beati quorum
remiſſe ſunt iniquitates. et quo-
rum tecta ſunt peccata. Eccl. iij.

Cor ſapiens et intelligibile abſti
nebit ſe a peccatis. et in operibꝰ
iuſtitie ſucceſſus habebit. Nota
opera iuſtitie ſunt. Contritio que
peccatum iuſte ponderat. Confeſ
ſio que peccatum iuſte numerat.
Satiſfactio que iuſte menſurat.
Omnis enī iuſtitia ī numero. pon
dere. et menſura. Secūda ſapien=
tia bonorum eſt in congregatio=
ne meritorum. Prouerb. x. Qui cō
gregat in meſſe. filius ſapiēs eſt
ſicut vulgariter dicitur. Qui de lō
ge prouidet ſibi. de prope gaudet
Hec eſt ſapientia formice. que in
eſtate congregat de quo viuat in
hyeme. Prouerb. vi. Vade ad for
micam o piger. et diſce ſapientiā
ꝛc. Nota tempus auguſti paſcit
totum ānum. Sicut tempus peni
tens ſi bene expendatur tempus
futurum. Tertia eſt in cautela pe
riculorum que fit duobus modis
ſcꝫ Caute declinando. Per patien
tiam ſuſtinendo. Primo caute de=
clinando. Prouerb. xiiij. Sapiens
timet et declinat a malo. ſtultus
proſilit et confidit. quia ſtultus
non timet donec capitur. ſed ſapi
ens in omnibus metuit. Secundo
per pacientiam ſuſtinendo. quan
ta ſapientia. facere vt ille ſuf=
fragetur ad vitam. qui parabat
mortē. hoc facit patientia. quia
vincit qui patitur. Prouerb. xiiij.
Qui patiens eſt multa guberna=
tur ſapientia. Cor ſine ſapientia
eſt ſicut nauis ſine gubernaculo.
vt habetur capitulo de patientia.
Quarta eſt in emptione eternorꝫ
per elemoſynam. Elemoſyna enī



ſapiens mercator eſt. qui modico
ꝑtio multa redimit. Ecce qui om
nia ſua dat ꝓ regno eterno. Au=
guſtinꝰ. Regnum enī celorū tan
tum valet q̃ꝫtum habes. Math.
xix. Vende omnia que habes et da
pauperibus et habebis theſau=
rum in celo. Si nō es diues ꝙ poſ
ſis totum precium ſoluere. id eſt
omnia relinquere. eſto tamen ſo
tius ementiū. dando pauperibꝰ
elemoſynas pro tenenda ſocieta=
te. q̊a vulgariter dicitur. Si non
habes dare maiꝰ. da minꝰ. Quin
ta in humilitate que theſaurum
virtutum cuſtodit. et tam ſapien
ter hominem duxit vt nec a latro
nibꝰ videatur. Ducit enī hominē
per viam humilitatis. ꝛ diabolꝰ
neſcit ire niſi per ſublimia. ꝛ ideo
humiles non inuenit. Prouer. xi.
Vbi humilitas ibi et ſapientia.

## De ſeruitio malo.

f

Vnt quidam qui ſeruiūt
diabolo. quidaꝫ deo. Cir
ca primum notandum ꝙ
quidam ſeruiūt gule. Roma. xvi.
Criſto dn̄o non ſeruiunt. ſed ſuo
ventri. Seneca. Maior ſum et ad
maiora natus q̃ꝫ vt fiaꝫ mancipiū
corporis mei. Iſte de ſeruitio ſuo
non reportat niſi corruptionē vel
ventrem. qꝛ ſicut dicit apoſtolus.
Gal. vi. Qui ſeminant in carne de
carne metēt corruptionē. Stultū
eſt ſeminare in quo quicquid ſe=
minatur corrumpitur. Et pone=
re pretioſum liquorem in vaſe ta
li in quo ſtatim corrumpitur.



Alij peccato luxurie. Roma. vi.
Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra
ſeruire immunditie. glo. peccato
luxurie. Ita efficit hominem ſer=
uū peccatum illud ꝙ vix poteſt
recedere qui incidit. Prouē. xxiij.
Fouea ꝓfunda meretrix. Qui in
foueā cadit non quādo vult exit
Sicut piſcis de naſſa. et auis de la
queo. vnde Eccleſiaſtes. vij. dici=
tur ꝙ vincula ſunt manus illius
Oſee. v. Non dabūt cogitationes
vt reuertantur ad deum ſuum. qꝛ
ſpiritus fornicationis ī medio eo
rum. et dominum non cognoue=
runt. Iſte de ſeruitio ſuo reportat
laqueū in collo ad ſuſpendendū
id eſt mortem eternā. Exemplū
de latrone. Roma. vi. Quem fru=
ctū habuiſtis tunc in quibꝰ nūc
erubeſcitis. nam finis illorū mors
eſt. Alij ſeruiunt pecunie. vt aua
ri. Luce. xvi. Non poteſtis deo ſer
uire et māmone. glo. diuitijs ſer=
uit qui cuſtodit eas vt ſeruꝰ. ſed
qui ſeruitutis excuſſit iugum di=
ſtribuit eas vt dominus. Iſte de
ſeruitio ſuo nichil reportabit in fi
ne. Iob. xxvij. diues cū dormierit
nichil ſecum affert. Stulticia ma
gna eſt ſeruire illi qui in fine eij=
cit eum nudum de domo ſua. Ec=
cleſiaſtes. v. Sicut egreſſus eſt nu
dꝰ de vtero matris ſue. ſic reuer=
tet ꝛc. Sciendū ꝙ nō eſt vtile ſer
uire diabolo vel peccato ꝓpter
multa. Primo ꝓpter difficultatē
ſeruitij. Sapie. v. Laſſati ſumus
in via iniquitatis et perditionis.
Iheremie. xvi. Seruietis dijs alie
nis qui non dabunt vobis requiē

die ac nocte. Stulticia eſt ſeruire
domino qui non permittit ſeruos
ſuos quieſcere nec in preſenti nec
in futuro. Item ꝓpter inutilita=
tem ſeruitij quia qd̕ lucratur ſer=
uus non eſt ſuum ſed domini. Sic
peccatum nichil meritorium eſt
vite eterne. Oſee. vij. Comederūt
alieni robur eiꝰ. Prouerb. v. Ne
des alienis honorē tuū ꝛc. Itē
ꝓpter vilitatem officij. ꝑs. Ma=
nus eius in cophino ſeruierunt.
glo. Cophinꝰ eſt vas in quo por
tatur terra. diabolus vult ſemper
ſeruiri de immūdicia. peccauerūt
ei et non filij eius in ſordibꝰ. Ideo
filius prodigus ſeruiuit in cuſto
dia porcorum. Luce. xv.

## Thema.

h

Omnes ſeruiūt illi per
te. Iudith. xi. Cum illi q̊
ſunt ī inferno. et qui ſūt
in mundo in peccato mortali deo
non ſeruiūt. ſi deus vteretur aſpe
ritate iuſtitie. ſcꝫ ſtatim cum ho=
mo peccat mortaliter moreretur.
et in infernū mitteretur. vel ſi vi
ueret ꝙ permitteret eū ſemper
in peccato et nunq̃ꝫ reciperet eū
ad gratiam ſuam. paucos ſeruos
habuiſſet vſqꝫ modo deus. et ha
beret adhuc hodie. qꝛ valde pau
ci ſunt qui non peccent. Sed quia
per penitentiam homines non pu
nit. ſtatim cum peccant. imo per=
mittit eos viuere. et poſtea ſta=
tim cū volunt redire recipit eos
ad gratiam ſuam ſiue ad ſeruitiū
ſuum. Ideo de aſperitate iuſtitie

perderet ꝙ nullum fere habe-
ret ſeruientem. Ita ex dulcedine
habet fere oīs ſeruitores quos
vult. Et quia beata virgo maria
eſt cauſa ſpecialiter. et facit vt
deꝰ nō vtatur aſperitate iuſtitie.
Et certe bene facit ſicut pia ma-
ter que tenet et retinet manum
patris tenentis baculum ad per-
cutiendum filium. et placat ipſuz
a filio offenſſum. quia ipſa virgo
obtinet cum deo. ne ſtatim peccā-
tes puniat. et iterum ad ſuaz gra
tiam et ſuum ſeruitium recipiat.
Idem eſt ꝙ ipſa ſpiritualiter eſt
cauſa ⁊ facit ꝙ tot homines deo
ſeruiunt. Et hoc eſt quod ſancti
qui in paradiſo ſunt dicunt in his
verbis. Beata maria. Nos bene
videmus et cognoſcimus ꝙ ho-
mines mundi ſeruiunt illi. ſcz deo
per te. id eſt per tuam interceſſio
nem. Ad ipſam ergo recurramus
Introitus et diſtinctio huius ſi-
cut de miniſtrare. Require ſupra.

De ſeruitio dei.

c Irca ſeruitiuz dei duo cō-
ſideranda ſunt. Primo.
quomodo ſeruienduz eſt
deo Secundo propter quid. Ser-
uiendum eſt deo cum timore et re
uerentia. Si cum tanto timore et
reuerētia ſeruitur dominis terre
nis propter eorum potentiam et
dignitatem. cum maiori reueren
tia ſeruiendum eſſet regi regum
et deo deorum. ps̄. Seruite domio
in timore vt ab eius offenſa caue
atis. Gregoriꝰ. Timere deum eſt
nulla que agenda ſunt bona pre-
terire. quia qui timet deuz nichil
negligit. Et exultate ei cum tre-
more. vt qui beneplacita ſunt ei
faciatis. Eccl. ij. Qui timent deuz
inquirēt que beneplacita ſunt illi
Item voluntarie. i. Paral. xxviij.
Seruite domino corde perfecto ⁊
animo voluntario non coacto. q̄r
coacta ſeruitia deo non placent.
Criſo. Cum tali vultu recipit deꝰ
ea que facis cuz quali facis. ideo
dicitur. Ephe. vi. Non ad oculum
ſeruientes. quaſi hominibus pla
centes. ſed vt ſerui dei facientes
voluntatem eius ex animo. Itez
honeſte et munde. deus enim ſan
ctus et mundus eſt. et ideo vult
habere ſeruos ſanctos et mūdos
Leuitici. xx. Sancti eritis quoniaz
ego ſanctus ſum. Si eni ſeruꝰ tuꝰ
apportaret tibi ferculum bonum
in vaſe immūdo et manibꝰ immū
dis diſpliceret tibi. Sic quodam
q̄z donum vel ſeruitium offeratur
deo ab exiſtente in mortali pecca
to non placet ei. Ideo dicitur in
ps̄. Ambulans in via immacula-
ta hic michi miſtrabat. Si tu ſor-
didam ancillaz abhomiaris. quā
tomagis ſordidam ancillam ani-
mam deus abhomiatur. ideo dici
tur. i. Reguz. vij. Preparate cor-
da veſtra domino per conſcientie
puritatem et ſeruite illi per inte
gritatē cordis. quia non vult ha
bere ſeruos ad medietatem. Lu-
ce. p̄mo. Seruiamus illi in ſancti-
tate ⁊c̄. Item ſanpienter. Roma.
xij. Rationabile ſit obſequiuz ve-
ſtrum ſicut dicit. gloſa. Sapien-



ter ſibi vult deus ſeruiri. vt non
immediate debiles fiant. et poſt
medicorum ſuffragia requirant.
Arcus ſi ſemper tendatur deficit
vel debilitatur nimis. et pellis ſi
nimis extendatur diſſipat̄. Ideo
dicitur. Prouerb. xiiij. Acceptus
eſt regi miniſter intelligens. ſcz
voluntatem domini ſui faciens.
Iracundiam autem eius inutilis
ſuſtinebit. quia ſeruus ſciens vo-
luntatem domini ſui et non faci-
ens plagis vapulabit multis.
Luce. xij. Propter hoc dicitur. ij.
Cor. vi. In omibus exhibeamus
noſmetipſos ſicut dei miſtros ⁊c̄.
Item ſollicite. Vult eni deus ha
bere ſollicitum ſeruum non negli
gentez. ij. Timoth. ij. Sollicite cu
ra teipſum probabilem exhibere
deo operarium ⁊c̄. Seruus debet
eſſe ſollicitꝰ quomodo domio ſuo
bene ſeruiat et dominꝰ quō mini
ſtro ſuo bene prouideat. p̄ma. Pe
tri. v. Omnem ſollicitudinem ve-
ſtram proiicientes in eum. q̄m ip
ſi cura eſt de vobis. Mathei. vi.
Nolite ſolliciti eſſe dicētes quid
manducemus ⁊c̄. Criſo. Eſcaz cor
poris ſi ſollicitus non fueris habe
bis. Item qui ad fontem vadit
nō eſt ſollicitꝰ quid bibat. Quid
ergo times ſtulte. prouidentia dei
maior eſt fonte. Qualis eſt pater
qui non neceſſaria prouideat filijs
cum non ignoret ꝙ egeant. Ma
thei. vi. Scit pater veſter quoniā
his omnibus indigetis. Item fi
deliter. Vult deus ſeruum fidelez
Mathei. xxiiij. Quiſputas eſt fi-
delis ſeruꝰ ⁊ prudens. ⁊c̄. De hoc
require. c. de fidelitate. Secundo
videndum eſt. propter quid ſeruien
dum eſt deo. Seruire debemꝰ deo
q̄r creator noſter eſt. Vnde ſicut
vaſalli tenentur dominis ſuis ra-
tione feudi vel terre quaz tenent
ab ipis. et niſi ſeruitiū debitū red
derēt eis terra ⁊ feudū amitterēt
Sic nos ratione corporis noſtri. ⁊
bonorum terrenorum et ſpiritua
lium debemus deo ſeruire ne for-
te auferantur a nobis. Exemplū
de illo qui noluit operari de talen
to ſibi cōmiſſo ⁊ amiſit. et ille qui
operatus eſt augmentauit. Ma-
thei. xxv. Itez ſi aliquis amiſiſſet
viſuz vel membra corporis. liben
ter ſeruiret per totam vitaz ſuaz
qui ei redderet. quantomagis illi
qui dedit et data conſeruat. ſerui
re debet. Gregorius. De nichilo
fecit omia. et qui ſibi vult eſſe et
nō tibi nichil icipit eſſe inter om
nia. Item iure redemptionis de-
bet ſe homo totum ſeruitio dei. q̄r
ſolus emit vt ſolus poſſideret.
Nullus ergo habet ius in homi-
ne niſi ipſe. Apoſtolus. ij. Cor.
v. pro omnibus mortuus eſt xp̄s
vt qui viuunt iam non ſibi vi-
uant. ſed ei qui pro ipſis mortuꝰ
eſt. Si vis ꝙ ſeruus quem emiſti
vel conduxiſti ad tempus. totum
ſe exhibeat. nec ſuſtinerez ꝙ ali-
quam partez temporis in ſuo vel
alterius ſeruitio poneret quanto
magis deus qui te redemit ſan-
guine ſuo debet totum te habere
ad ſeruienduz ſibi. Augꝰ. Cui iu
ſtiꝰ viuendū eſt q̄ꝫ ei q̄ ſi nō mor-
ret̄ nō viuerē. Iuſte ſibi vēdicat

vitam meam qui pro mea poſuit
ſuam. Item q2 pater noſter eſt.
Yſaie.lxiiij. Et tunc vel nunc pa
ter noſter es tu. nos vero lutum
Et ſi filius tenetur ſeruire patri
a quo partem corporis recepit.
quātomagis illi qui formauit et
vitaꝫ donauit. Eccl'.iij. Qui timet
dn̄m honorat parentes. et quaſi
dn̄is ſeruiet his qui ſe genuerunt
in opere et ſermone. Item quia
dominꝰ noſter. et indigemus au
xilio et defenſione eius. Si eni ei
ſeruieris. ſemper pacem cum om
nibus habebis. quia dum fortis
armatus cuſtodit atrium ſuuꝫ. in
pace ſunt oīa que poſſidet. Lu
ce.xi. Si autē ei non ſeruieris. nū
ꝙ̃ tibi guerra deficiet. imo ſuſcita
bit tibi aduerſarios. ſicut fecit ſa
lomōi ⁊ mľtis aliis. Iob.ix. quis
reſiſtit ei et paceꝫ habuit. Sicut
barones ſolent mouere bella et
guerras contra ſubditos ſibi reſi
ſtentes et debitum ſeruitium rē=
nuentes. Item quia ſeruos ſuos
liberos facit. Gal'.iiij. Non ſumꝰ
ancille filij ſed libere. qua liberta=
te xp̄s nos liberauit. Libenter hō
ſeruiret illi qui euꝫ liberū faceret
quātomagis deo! qui ſeruos ma=
numittit. apoſtolꝰ. Roma. vi. Nō
ſumus ſicut ſerui ſub lege. ſed ſi=
cut liberi ſub gratia cōſtituti. A
gatha. Summa ingenuitas illa
eſt in qua xp̄i ſeruitus cōprobatᷣ.
Item quia ſeruos bene remune=
rat in preſenti et ī futuro. Roma.
vi. Nunc vero liberati a peccato.
ſerui autē facti deo. habetis fru=
ctum in ſanctificationē. finē vero



vitam eternā. Ioh.xij. Si quis mi
chi miniſtrauerit! honorificabit
eum pater meus qui in celis eſt
in tantum ꝙ erit de cōſilio eius.
Ioh.xv. Iam non dicam vos ſer
uos ⁊c̄. De menſa eius. Ioh.xij.
Volo pater vt vbi ego ſum illic
ſit et miniſter meus. quādo dicet
Math.xxv. Serue bone ⁊ fidelis
⁊c̄. intra in gaudium dn̄i tui ⁊c̄.

De ſequendo deum.

q Vidam ſequūtur mundū
Quidam carnem. Quidā
diabolū. Quidā ip̄m deū
Primos ducit vanitas. Secūdos
voluptas. Tertios malignitas.
Quartos caritas. Sūt igitur qui=
dam qui ſequūtur mundi vanita=
teꝫ. Oſee.xij. Effraim paſcit ven
tum et ſequitur eſtum. Quātoma
gis aliquis paſcit ventum. tanto
magis incenditur. Sic quātoma=
gis diuitias habuerint tanto ma
gis inardeſcunt. q2 auarus nō im
pletur pecunia. Eccleſiaſtes.v.
Vacuū eni attrahit. Et ꝙ̃to plꝰ
affectuꝫ cupiditatis ſequūtur. tā
to plꝰ ardent. q2 creſcit amor nū=
mi quātuꝫ ip̄a pecunia creſcit. ſic
ignis ex appoſitione lignoruꝫ. Ec
cl'.xxxiiij. Qui ſequitur vmbraꝫ et
apprehendit ventum. Sic qui at=
tendit ad mundana mendatia. id
eſt res temporales que aliud ꝓ=
mittunt et aliud ſoluūt. ſicut men
datia verba. aliud ſonāt et aliud
continēt. Nota de ſtulto qui ſum
mo mane ſurgebat vt ſeq̄ret vm
brā ⁊ ſemp ſugiebat. et de pueris



qui ſequūtur papilioneꝫ quē non
capiunt. quia fugit vel amittunt.
Ihere.ij. Ambulauerūt poſt va
nitatem et vani facti ſunt. Stul=
tuꝫ eſt expenſis magnis et labo
ribus querere qď nō poteſt inue
niri. Sapie.v. Ambulauimꝰ vias
difficiles ⁊c̄. Et poſt tranſierunt
oīa velut vmbra. in malignitate
noſtra cōſumpti ſumꝰ. q.d. in ſer
uitio mundi multuꝫ laborauimꝰ
et nichil reportauimꝰ. ſed ibi cō=
ſumpſimꝰ corpꝰ noſtrū. ideo dici
tur. Iob.xxxi. Si ambulaui in vaī
tate et feſtinauit ī dolo pes meꝰ
quaſi diceret nō feſtinauit. ſcꝫ ad
fraudādū vel decipiēdū circa vſu
rarios ⁊ raptores. qui ſimiles ſūt
leoni ꝑmo mane ſurgenti. nec ceſ
ſanti donec aliquid apprehēderit
⁊ cattulis ſuis detulerit. ſequitur
Appēdat me ī ſtatera iuſta. Me
dicit nō mei. q2 mūdus retinebit
poſſeſſionē tanꝙ̃ ſuā. Sed deꝰ ar=
tabit pſonā. Iob.xviij. Artabun
tur greſſus illiꝰ ſicut equus duri
oris qui ad libitū vult currere. et
qui poſt appenſionē pedū ligatur
ad particā. Auis dū deſcendit ad
terrā ꝓpter cibuꝫ in retiaculo po
nit pedeꝫ ⁊ capitur. Et lupus dū
predam rapit in foueā cadit. Sic
ſtultꝰ cridator qui ſemp accendit
tandem per pedem in cippo ponitᷣ
vnde ſequitur in Iob. Immiſit in
rete pedes ſuos et in maculis eiꝰ
ambulat. tenebitur planta eius
laqueo ⁊c̄. Quidam ſequūtur car
nem cuius ſocietas eſt ꝓditoria.
Eſt eni caro ſicut mulier que blā
diendo attrahit homies ad pec=
catum. Prouerb.vij. de meretrice
que multis ſermonibus irretiuit
iuuenem. et blanditiis labiorum
protraxit illuꝫ. ſtatim ſecutus eſt
eaꝫ. quaſi bos ductus ad victimā
Item eſt ſicut latro qui peregri=
nis obuians in ſilua vel in ambi=
guo ꝓmittit ſe ducturū eos ad re
ctam viaꝫ vel ad bonuꝫ hoſpitiū
poſtea ducit eos ad malum et po
nit eos in manus latronū. ideo di
citur. Eccl'.xviij. Poſt cōcupiſcē
tias tuas non eas ⁊c̄. ij. Petri.ij.
Nouit deus iniquos in die iudi=
cij cruciandos reſeruare. magis
autē qui poſt carneꝫ in cōcupiſcē
tiis immūditie ambulāt. Iſti o=
bediunt carni ſue. ſed duꝫ non ſpe
rant cōputabunt diſtricte. Sicut
auari mercatores qui laute paſcūt
comitem ſuū et diſtricte cōputāt
in receſſu. i. Petri.iiij. Ambula=
uerunt in luxuriis. comeſſationi=
bus et potationibus. qui reddent
rationem deo qui paratus eſt iu=
dicare viuos et mortuos. Quidaꝫ
ambulant poſt diaboluꝫ cuius ſo
cietas eſt peremptoria. Iſti inſa=
niores ſunt aliis. quaſi ſi ouis ſe=
queretur lupum. Nota fabulam
vbi lupus decepit ouem vt ſeque
retur ſe. Sic diabolus per blandi
menta decipit homines. vt ſignifi
catum eſt. ij. Regū.xv. vbi abſalō
per blandimenta decepit populū
Vbi dicitur ꝙ vniuerſus populꝰ
ſequitur abſalon ad impugnādū
dauid patrem ſuum. Sic multi ſe
quūtur diabolum vt deum impu=
gnent. diabolꝰ eni eſt ſicut latro q̇
ꝓmittit cōductū viatoribꝫ ⁊ poſt

modū iugulat·diuertere faciēs a
via recta·Exemplū iuuenis qui
volebat ire ad amaſiā ſuā et inue
nit pontem ruptū ſup aquā ma=
gnā ⁊ aſtitit ei diabol9 ſup equū
magnū et fecit euʒ aſcēdere poſt
ſe ꝓmittens ei cōductuʒ bonū· et
ſtatim inſiliēs in aquā ꝑcipitauit
et ſuffocauit. Nō eſt bonuʒ ſequi
mūdū q2 decipit·carnē q2 inficit·ſʒ
xp̄m q2 reficit· Bernar· Clamat
mūd9 deficiā. caro inficiā·diabol9
interficiā·xp̄s reficiā·quē ſeq̄ris.
Sequēd9 eſt ergo de9. nō mūd9
non caro·nō diabol9·Et nota ꝙ
quidā ſequūtur dn̄m ꝑ viā māda
toꝝ·cuʒ Job·xxiij·Veſtigia eius
ſecut9 eſt pes me9 opa ei9 imitā
do. viā eius cuſtodiui in bono ꝑ=
ficiēdo. ⁊ nō declinaui ex ea a ma
lo cauēdo·Itē quidā ſequūtur eū
ꝑ ſemitā cōſilioꝝ que ē rectior via
p̄s·Dirige me i ſemitā rectā ꝓpt
nomē tuū: ne demones me inueni
ant· Hanc viā docuit dn̄s· Luce·
xviij·Vende oīa que habes et ha
bebis theſaurū in celo· et veni ſe
quere me·Qui vult cū ſeq̄ oportʒ
eū eſſe ornatuʒ·Nemo eni qui ha
beret magnā et arduā viā incede
re qui nō libēter cōmitteret far=
dellū ſuū ad portandū ſi inueniret
cui ſecure cōmittere poſſʒ·Sed di
uites mūdi q̄nto difficilior eſt via
tanto augēt on9 ſuū· nō ſicut pe
trus q̄ ait· Ecce nos reliq̄m9 oīa
rc̃·Math·xix·Bernar·Bene pe
tre et nō ad inſipientiā feciſti· q2
eū ſequi nō poteras onerat9· qui
exultauit vt gigas ad currēdā viā
Iteʒ quidā ſequūtur euʒ ꝑ cōpen
diuʒ tribulationis que eſt via iu=
ſtiſſima·ij·Regū·xviij·Cucurrit a
chimaas ꝑ viaʒ cōpendij· Hanc
cucurrerūt ſancti martires qui in
vna die mille dietas peregerunt.
Hanc oſtendit nobis xp̄s exēplo
i·Petri·ij·Criſtus paſſus eſt pro
nobis vobis relinquēs exēplū: vt
ſeq̄inur veſtigia ei9·Cuʒ eni xp̄s
ambulauerit ꝑ viā amaritudinis
ſecundū illud·Eccl'·xxiiij· In flu
ctib9 maris ambulaui. Per eādē
viaʒ oportet nos euʒ ſequi· nec ti
mere debem9: cum ip̄m in itinere
habeam9 ſociū vt viā oſtendat·⁊
vltra malū paſſuʒ nos trāſferat·
p̄s·Si ambulauero in medio vm=
bre mortis· non timebo mala q̄m
tu mecū es· Sequēs fortē dn̄ʒ nō
debet timere· q2 bene poteſt eum
cuſtodire· Ihere·xvij· Non ſum
turbatus te paſtorē ſequēs· Iteʒ
quidaʒ ſequūtur ꝑ viaʒ innocen=
tie et mūdicie· Apocal'·iij· Habes
pauca nomi a. qui nō inq̄nauerūt
veſtimēta ſua. ambulabūt mecū
i albis·q̄m digni ſunt· Virgines
eni ſunt et ſequūtur agnū quocū
qʒ ierit·p̄s. Non priuabit bonis
eos qui ambulāt in innocētia·Hi
ſignificantur per illū iuuenē de q̄
dicitur Thobie.v· Inuenit tho=
bias iuuenē ſplendiduʒ. ſcʒ hone
ſtate vel mūdatū. ꝑcinctuʒ caſti=
tate, paratuʒ ad ambulanduʒ. ad
perficiendum quantūcūqʒ via ſit
aſpera. Exempluʒ de cane qui ſe
quitur leporē per ſpinas et tribu
los donec cōprehendat· Phil'.
iij. Sequor autē ſi quō cōprehen
dā rc̃·ſic currite vt cōprehēdatis



Item quidā per viam caritatis ⁊
dilectionis que eſt via leuior et
ſuauior et excellentior·i·Coꝝ·xij·
Adhuc excellentiorem viam vo
bis demonſtro rc̃·Eph·v·Eſto=
te imitatores dei ſicut filij cariſſi
mi ⁊ ambulate in dilectione ſicut
et xp̄us dilexit nos·i·Joh·ij·Qui
dicit ſe in xp̄o manere debet ſicut
ipſe ambulare· et ipſe ambulat ꝑ
viaʒ·ſcʒ amoris et pacis·Per hāc
viam non ſequūtur diſcordes et li
tigioſi·quia aliam viam vadunt·
ſed boni ſocij quoruʒ vnus ſuppor
tat alium·Eph·iiij·Obſecro vos
vt digne ambuletis ſupportantes
inuicem rc̃· Sequendus eſt ergo
deus·q2 ſequentes eum ducit per
viam claram et ſecuram vt deuia
re non poſſint nec capi. Joh·viij.
Qui ſequitur me non ambulat in
tenebris. Eph·v·Vt filij lucis ā=
bulate· Ecce ꝙ dn̄s vult ſeruos
ſequaces in luce ambulantes. et
non in tenebris ſicut ambulant fi
lij diaboli· ſimiles veſpertilioni=
bus qui diligunt noctem et odi=
unt lucem. vel latronib9 qui vel=
lent ꝙ nunq̄ eſſet dies vt poſſint
liberius ſuas malicias exercere .
Contra quos dicitur·Roma·xiij·
Abijciamus opera tenebrarum
et induamur arma lucis ſic vt in
die honeſte ābulem9· Qui de no
cte vadit hoſtem non videt· licet
videatur ab hoſte·libēter deuiat
libenter offendit·⁊ frequenter ca
dit. ꝓpter hec omia dicitur· Joh·
xi·Si quis ambulat in die non of
fendit·q2 lucem huius mundi vi
det· Dn̄s eni eſt tanq̄ cerofera=
rius eius· Qui ambulat in nocte
offendit·q2 lux in eo non eſt· No=
ta de ceco qui ꝓpter defectuʒ lu=
cis in foueam cadit· et ſi deuiaue=
rit vix ad viam rectam redit·Ta
les dictum ſunt illud·Sapiētie·v·
Ambulauim9 vias difficiles ⁊ lu
men iuſticie non illuminauit no=
bis rc̃· Item ad ſequendum ip̄m
debet mouere amor premij·Nota
de ſeruo qui libenter feſtinat vt o
pus ſuū impleat et poſtea quie=
ſcat·⁊ de viatore qui libenter pro
perat vt malam terram tranſeat
et ad terram fertilem veniat. Et
de peregrino: qui quotidie facit
magnam dietam donec veniat ad
patriam ſuam·Eccl'·xxiij· Gloria
magna ſequi dn̄m·quia ocul9 nō
vidit·nec auris audiuit rc̃·q̄ ꝓpa=
rauit de9 diligētib9 ſe·i· Coꝝ·ij·

## Thema.

Sequimini eum in domuʒ
in quam intrat·Luc·xxij·
Quicūqʒ indiget gratia
debet eam petere in loco vbi in=
ueniri poteſt. Nos autē in princi
pio predicationis vt verba vtili=
ter dicantur indigemus gratia dei
et idcirco debemus eam querere
vbi ip̄aʒ poterim9 inuenire· Gra
autē dei cum nunq̄ ſeparetur ab
eo non poteſt inueniri niſi vbi ip=
ſe eſt. locus autē ſuus et domus
ſua ꝓpria vbi maxime inuenitur
eſt virgo maria·Et certe in nul=
lo loco vtiliori nobis poſſem9 eū
inuenire· q̄a ipſa iuuabit nos ad
hoc qđ petimus obtinendum· et

ideo beatus Lucas qui beate ma
rie ſemper fuit multum familia=
ris et eius ſecretarius et bene ſcit
ipſius conditionem ꝙ eſt volun=
taria ad adiuuandū vt noſtre pe=
titiones exaudiantur. nobis ſalu=
briter conſulit vt ip̄m in hoc lo=
co vel in hac domo queramus in
his verbis. Sequimi euz ꝛc̄. Jux
ta ergo conſilium beati Luce ad
ipſam in principio recurramus.

Introitus.

Propter peccatum primi paren=
tis via paradiſi ad quem poſſiden
dum creati ſumus ꝑdita erat. nec
erat aliquis qui viam poſſet inue
nire per quam homo illuc poſſet
ire. ſed filius dei qui in mundū ve
nit et oſtendit nobis verbo et o=
pere viam per quā ſi volum⁹ ire
ad paradiſuz recto itinere gradie
mur. Sed qꝛ via illa arta eſt. qꝛ
arta eſt via que ducit ad vitaz. ſi=
cut ipſe ſaluatoꝛ ait. Math. vij.
Et non poſſet hō quātumcūqz mo
dicū ab ea deuiare. quin totaliter
erraret ab ip̄a. Ideo cuilibet vo=
lēti intrare paradiſuz neceſſariuz
eſt vt ad nullā partem declinet a
via quam xp̄us docuit tenendam
et ſecundum ipſum per quam vi=
am tenuit et docuit ſequatur.

Diſtinctio.

Sciendūz ꝙ viam quā xp̄s tenuit
et docuit eſt. Via puritatis. Via
pauptatis. Et via hūilitatis. Et
ideo quicūqz vult ipſum ſequi o=
poꝛtet ꝙ teneat iſtas vias. Pri=
mo ergo neceſſarium eſt volenti
ſequi xp̄m ꝙ vadat per viaz pu=
ritatis. Hanc enī xp̄s tenuit ſicut
patet vitam eius intuenti. Vnde
quicūqz tenet viam immūdam ſi=
cut faciunt qui peccata carnalia
ſequuntur. ſicut guloſi. luxurioſi.
non ſoluz a via xp̄i deuiant ad ali
am quaſi ex latere euntes ſicut ſi
xp̄o eunte ad dexteram iſti irent
ad ſiniſtram. imo tenent totaliter
viam cōtrariaz. Sicut ſi xp̄s ver=
ſus orientez. ipſi irent verſus occi
dentez. et ideo quāto plus vadunt
per iſtā viā. pl⁹ ſe elongāt a via
xp̄i. et ideo opoꝛtet ꝙ veniant ad
locum contrariū loco xp̄i. Et cuz
ipſe per viam mundicie iuerit ad
paradiſum. opoꝛtet ꝙ illi ꝑ viam
contrariaz. ſcz peccati et immūdi=
cie perueniant ad locum paradi=
ſi contrariū. ſcz infernū. Sed illi q̇
viam ſequūtur mundicie a predi=
ctis peccatis ſe cauētes ſequūtur
xp̄m per viam per quā ipſe iuit.
et idcirco peruenient ad eūdez lo
cuz. Vnde ipſe dicit. Math. xvi.
Si quis vult me ſequi tollat cru=
cem ſuam. ſcz crucifigendo carnez
ſuam per abſtinentiaz ab omi car
nali delectatione illicita et ſequa
tur me. Nota ꝙ oīs qui ſequū=
tur xp̄z ſunt de familia ipſi⁹. Qua
lis autem dn̄s talem vult fami=
liam. Vnde cum dn̄s ihūs xp̄s ſit
mūdiſſimus. nullo modo ſuſtinet
in familia ſua homies immūdos
ſed quando aliquis eſt mūdus et
eſt de familia xp̄i ſi forte cadat in
lutum peccati et deturpet ſe. ſta=
tim xp̄s expellit eū de familia ſua
et ideo neceſſariuz eſt ei ꝙ vadat
et lauet ſe. ſcz per confeſſionem.
et tunc ſtatim factus eſt mund⁹



et recipiet eū ꝙ ſit de familia ſua
ſicut erat pri⁹. vn̄ peccatori poſt
confeſſionem dicitur. Job. xxxvi.
Cepiſti ſequi poſt miſeriaz. id eſt
poſt peccatū. Secūdo neceſſariuz
eſt ꝙ vadat ꝑ viam pauptatis.
Homo enī onerat⁹ non poteſt ſe
qui hoīem leuez. et qui nullū poꝛ
tat on⁹. hoīes autē diuites ſunt
multū onerati. Diuicie enī nō ſūt
niſi onera. et talia onera ſunt mul
tum ponderoſa. Criſtus autē eſt
multuz leuis. nullum enī pondus
nec onus diuitiaꝝ habuit ſupra
doꝛſum ſuū. et ideo nō videtur ve
riſimile ꝙ hoīes pondere diuitia
rum onuſti poſſint ip̄m bene ſequi
vnde dicebat ip̄e. Math. xix. Nō
facili⁹ eſt camelū ꝑ foramē acus
tranſire q̄ꝫ diuitē intrare i regnū
celoꝝ. Et dicunt quidā ꝙ in ihe
ruſalē erat quedā poꝛta que voca
batur foramē acus ꝑ quā cameli
onarati non poterant tranſire niſi
pri⁹ exonerarētur. A ſimili null⁹
oneratus diuitijs poteſt itrare in
regnū celoꝝ. niſi prius exoneret
diuitijs. vel diſpenſando eas pro
xp̄o. vel totaliter dimittēdo ſicut
faciūt qui religionē intrant. vel
ſaltem volūtarie non nimis amā=
do eas. Illos enī vocat xp̄us diui
tes et tales ſunt diuitijs onerati.
qui eas nimis amāt. ſicut ſunt a=
uari. Tales igitur non ſequūtur
xp̄m ſed pecuniā. vnde de talibus
dicit. Ezech. xxxiij. Auaritiā ſuā
ſequit coꝛ eoꝝ ⁊ nō xp̄z. Nota ꝙ
iſto onere diuitiaruz diuerſimode
ſunt onerati. Aliqui enī ita ſeip=
ſos onerant ꝙ ꝓpter vehemētiā
oneris cadūt ſub onere et ſic mo
riuntur. Sicut qui tantum diuici=
as diligunt. ꝙ ꝓpter eas acqui=
rendas et conſeruandas moꝛtali
ter peccāt. et tales ſunt ſicut ani
mal qd̕ cadit ſub onere et ibi mo
ritur. et ſic nunq̄ꝫ attingit ad finē
diete. Iſti etiaz non poſſunt xp̄m
ſequi nec vnq̄ꝫ attingent ad ip̄m
Sed aliqui ita ſe onerant ꝙ bene
poꝛtant nec eis cadunt. non tamē
poſſunt ambulare ſicut ſi nullum
onus poꝛtarēt. Et tales ſunt ſicut
animal oneratuz qd̕ licet non ca=
dat ſub onere. tamen ꝓpter onus
retardatur. ꝙ ita de die non poſ=
ſunt attingere ad finez diete. ſed
opoꝛtet ꝙ ponāt aliquid ibi de no
cte. Ita eſt de illis qui ſic habent
diuitias ꝙ bene poꝛtant eas. nec
cadunt ſub onere ip̄arum. qꝛ nul
lo modo ꝓpter eas acquirendas
vel ſeruandas facerent peccatuz
moꝛtale. retardantur tamen a ſe=
quendo xp̄m ꝙ non ita cito pue=
niunt ad finez diete. ſcz ad para=
diſuz vt ſint ibi ſtatim in fine diei
id eſt i fine vite. ſed opoꝛtet ꝙ po
nant aliquid de nocte qꝛ poſt moꝛ
tem opoꝛtet ꝙ aliq̇ tempoꝛe ſint
in purgatoꝛio anteq̄ꝫ ſint cuz cri=
ſto. licet enī diuitie poſſint habe=
ri ſine peccato moꝛtali. nullo mo=
do tamen ſine peccatis multis ve
nialib⁹. Et ideo conſulebat xp̄s
cuidam. Math. xix. Si vis perfe=
ctus eſſe vade et vende oīa que
habes et da pauperibus. et habe
bis theſaurum in celis et veni ſe
quere me. Tertio neceſſarium eſt
ꝙ vadat per viam humilitatis.

Homo enĩ nimis groſſus et mul
tum pinguis non poteſt bene ſeq̉
hoĩem tenuez et leuem. Hoĩes
ſuperbi ſunt nimis groſſi et pin=
gues in corde ſuo. credũt enĩ mul
tum valere et credunt ſe plenos
multis gratijs et bonis conditio=
nibus. et ex hoc contemnũt alios
xp̃us autẽ fuit multum humilis
vnde dicit. Mathei. xi. Diſcite a
me q2 mitis ſum et humilis corde
Et ideo ſuperbi non poſſunt eum
ſequi eundo per viaz planaz. mul
to minus poſſunt eũ ſequi aſcen=
dendo in altum. Via autẽ xp̃i eſt
aſcendere in paradiſuz qui eſt lo=
cus altus et ideo ꝛc̃. ꝓpter quod
nullo modo ſupbi tanq̃ groſſi et
inflati poſſunt aſcendere xp̃m ſe=
quendo. ſed ſolum humiles illuz
ſequũtur. q2 per ſupbiaz homo de
primitur ꝛ humiliatur. et per hu
militatem eleuatur et exaltatur.
Luce. xiiij. Qui ſe exaltat humili
abitur. et qui ſe humiliat exalta
bitur. Prou. xxix. Supbum ſequit̃
humilitas. Nota q̃ illos qui xp̃z
ſequũtur ipſe ſicut dictum eſt aſ=
ſumit in ſuam familiam vt dedu=
cat eos in paradiſum. et de eis im
plebit illam ciuitatem celeſtem.
Ipſe autẽ non ſuſtinebit ibi ali=
quez ciuem ſupbum. Si enĩ demo
nes iam exiſtentes ibi ꝑ ſupbiaz
expulit. quõ de nouo aliquẽ ſup=
bum ibi recipiet. Supbi enĩ non
ſequũtur xp̃m ſed luciferũ et ſo=
cios eius. ꝛ per viam eius vadũt
et ita oportet q̃ ad eundem locuz
perueniãt vnde de ſupbo dicitur
Prouerb. x. Ipſe ſequitur aues



volantes. id eſt demones. qui i al
tum volauerunt per ſupbiam. vn
de lucifer dixit. Yſaie. xiiij. Aſcen
dam ſuper altitudinem nubium.
et ſimilis ero altiſſimo.

## De ſilentio.

ſ

Iletium hominez fortez
facit. Sicut vir vel nunq̃
pugil vincitur niſi ma=
lum verbum dixerit. Sic vix vin=
citur quis a diabolo ſi a malis ver
bis cauerit. Yſaie. xxx. In ſilentio
et ſpe erit fortitudo veſtra. Ab=
bas paſtor. Omnis labor quicũ=
q3 euenerit fortiter ſine murmu=
re perficiendus eſt. Hoſtes porte
inſidiantur. Vnde cum hoſtes in=
uiſibiles porte oris inſidiantur cũ
magna cautela aperienda eſſet.
Job. xl. Memento belli et nõ ad
das amplius quicq̃ loqui. Itez
emendat. vnde linguam maledi=
cti indictum emendat ſilentium.
Serãduz eſt os vnde exit ignis et
flamma omĩa cõburens obſtruẽ=
da. Jacobi. iij. Lingua ignis eſt
ꝛc̃. Ecce quantus ignis. id eſt q̃
modicus. q̃ magnam ſiluam incẽ
dit. ſcz virtutum et bonoꝝ operũ
cõſumit. Item ſilentium ſeruare
eſt gladiuz penetrantiſſimum in
vagina abſcondere. p̃s. Lingua
eoꝝ gladius acutus. Item ſilen=
tium tenere eſt beſtiam indomitã
clauſam tenere. Jacobi. iij. Om̃is
natura beſtiarum volucruz et ſer
pentiũ domãtur. linguã autẽ ne=
mo hoĩm domare potuit. glo. q̃n
delinquat. Item ſilentiuz tenere



eſt frenum viri ſpiritualis. Clau=
ſtralis ſine ſilentio eſt ſicut equ9
ſine freno. Jacobi. iij. Si eq̉s fre
na in ora mittim9 ꝛc̃. Item clau
ſtralis ſine ſilẽtio. eſt ſicut archa
ſine claue. Qui ſilentiuz tenet cla
uẽ oris habet in archa cordis. vn
de ſecur9 eſt. Eccl. xxi. In ore fa
tuoruz cor illoꝝ. et in corde ſapiẽ
tium os illoꝝ. Item homo ſine ſi
lentio. eſt domus ſine oſtio. Ciui
tas ſine muro. vt ſupra de locutio
ne. Item feruorez deuotionis ſer
uat. Solet obſtrui vas in quo ſit
vinuz precioſum vt vinuz fortius
ſit. et poſt cooperitur vt meli9 co
lorem ſuum et mundiciaz conſer=
uat. Sic qui vult deuotionem cor
dis et mundiciã ſeruare. oportet
os clauſuz tenere. p̃s. Concaluit
cor meum intra me. et in medita=
tione mea exardeſcit ignis.

## De ſymoniaco.

ſ

Ymoniacus deuz vendit
vt deum xp̃m in ſacramẽ
to altaris vendit dũ gra
tiam ſpũſſancti vendit pro pecu=
nia celebrando. Quis non multuz
indignaretur ſi aliquis euz vellet
vendere in foro ſicut iumentũ ſuũ
Quanta ergo contumacia ſit quã
do venalis exponitur ab his a qui
bus p̃cipue debuit honorari. Itẽ
ſymonia procurat vt eccleſia que
ſponſa xp̃i eſt aliũde grauida ſit.
q̃ de ſponſo vero. que de ſolo ſpi
rituſancto concipere debet. Sed
ſymonia facit q̃ concipiat de ſpũ
maligno. et deum facit nutrire fi=



lios adulterinos. et filios ꝓprios
exheredat a patria xp̃i cõſtituẽs
heredes ſuos diaboli. Eccleſia.
xxiij. Omnis mulier relinquens vi
rum ſuum peccabit. ſtatuens he=
redes ex alieno matrimonio. Itẽ
latrones et ſacrilegos facit obti
nere vicem dei. quia ſacra ſunt ea
contra que latrociniuz exercent.
Abſurdum eſt enĩ dicere euz qui
furatur vel capit calicem alicui9
eccleſie ſacrilegũ vel furem eſſe.
et non eum qui furatur totam ec
cleſiam cum omnibꝫ que ad eam
ꝑtinent. Ideo qui non intrat per
oſtium in ouile. ſed aſcendit aliũ
de. ille fur eſt et latro. Joh. x.

## De ſocietate mala cauenda.

ſ

Ocietas mala frequẽt
ad peccatum trahit. Nõ
libenter iret aliquis cuz
latronibꝫ qui eũ occiderent et oĩ
bus bonis ſpoliarent. Sic non de
bet ire cum malis qui euz ad pec
catum trahunt. Exempluz de ſpi=
nis quaꝝ vna trahit aliam. Pro=
uerb. p̃mo. Fili mi ſi te lactaue=
rint peccatores ne acquieſcas eis
ꝛc̃. ij. Coꝝ. vi. Nolite iugum du=
cere cum infidelibꝫ. que enĩ parti
cipatio lucis ad tenebras. aut q̄
pars fideli cum infideli. Item qui
vult ire in paradiſũ non debet ire
cum his qui vadunt in infernum
q2 non ſunt in ſua via. Prou. iiij.
Ne delecteris in ſemitis impioꝝ
nec tibi placeat maloꝝ via. Itez
qui non vult eſſe leproſus debet
vitare cõſortium leproſoꝝ. Sana

poma ſociata putridis citius pu-
treſcunt. et ſani cum infirmis ci-
tius infirmantur. Prou. xiij. Ami
cus ſtultoꝝ ſimilis illis efficietur
Fermentū modicū totaꝫ maſſam
corrumpit. Gal. v. Sic vnus puer
ſus totam ſocietatem. ps. Cum p
uerſo puerteris. Non eſt ſecura
ouis iuxta lupum. nec ſtupa iux-
ta ignem. nec farcimen iuxta cat
tuꝫ. Sic nec iuſtus iuxta peccato
rem. nec mulier iuxta leccatorem
Eccl. xiij. Si cōmunicat lupus ali
quando agno. ſic peccator iuſto.
Et qui cōmunicauerit cum ſuper
bo induet ſupbiā. i. Coꝝ. xv Cor
rumpunt bonos mores colloquia
praua. Item non eſt tutum egro
to eſſe in aere corrupto. qr ex hoc
cito recidiuuꝫ pateretur. Sic non
eſt tutum bonis in loco et con-
ſortio peccatorum. ex hoc enim
peccatuꝫ incurrunt. ⁊ ſi ſanati fue
rint frequenter recidiuuꝫ patiū-
tur. Gen. xix. Surgite et egredi-
mini de loco iſto ⁊c. Item aliqs
non poteſt eſſe diu in anglia vel
i alemania. vel i aliena patria q̄n
de conſuetudine illius vel lingua
gio aliquid habeat. Sic nec cum
peccatoribꝫ habitare quin de mo
ribus eoruꝫ aliquid retineat. ps.
Corrupti ſunt inter gentes. et di
dicerunt opa eoꝝ ⁊c. Et ſi dicat
aliquis magnuꝫ cōmoduꝫ tempo
rale habeo de cōſortio eoꝝ. et ma
gnuꝫ damnū de receceſſu. Reſpō
deo ſi ſiquis eſſet in domo ſuccenſa
vbi non eſſet niſi vna feneſtra p
quā poſſet exire. indutus et orna-
tus. potius omnia ſua dimitteret



anteq̄ꝫ non exiret. Sic quilibet di
ſpendium ſuoꝝ et ſue carnis quā
tūcūqꝫ. potius debet ſuſtinere q̄ꝫ
in conſortio maloruꝫ remanere. id
eſt periculo ſuo. Gen. xxxix. Io-
ſeph relicto pallio in manu femi
ne fugit. Et homo de piculo ma-
ris libenter nudus euadit. Item
dens putridus de ore eijcitur ne a
lios corrūpat. Et ouis morbida
de grege aliarū. et leproſus de cō
ſortio hoīm. et pomū putriduꝫ de
aceruo aliorum. Sic debent amo-
ueri boni de conſortio malorum.
ne eos corrumpant.

## De ſanctificatione.

Sanctificatur hō p bap-
tiſmū. i. Coꝝ. vi. Abluti
eſtis ſed ſanctificati eſtis
et loquit̄ hic de ablutione batiſ-
mali. que virtutē ſanctificādi ha-
buit a paſſioē xp̄i. Roma. vi. Qui
cūqꝫ baptizati ſumus in xp̄o ihu
in morte ipſius baptizati ſumus.
Heb. xiij. Vt ſanctificaret populū
ſuū. extra portaꝫ paſſus eſt. Vnde
xp̄us lotrix noſtra ad ſordes no-
ſtras abluendas fecit de ſangui-
ne ſuo lixiuiū. cineres accipiēs in
vtero virginis infirmitates hu-
manas. qr languores nr̄os ipe tu
lit. Yſa. liij. De cineribꝫ vitule ru
fe fiebat mundatio. Numeri. xix.
Vitula rufa xp̄s ꝓ nob̄ paſſus ē
Apocal. pmo. Qui dilexit nos et
lauit nos ⁊c. Secūda ſāctificatio
ē p cōfeſſionē. ps. Facta ē iudea
id eſt confeſſio. ſanctificatio eius.
Criſo. Cōfeſſio cor emūdat. ſenſū



illuminat. et ad ſuſceptioneꝫ xp̄i
preparat. vnde. i. Machab. iiij. Iu
das. id eſt cofeſſio mundauit tē-
plum a gentibꝫ inquinatis. ij. Ti
moth. ij. Si quis emundauerit ſe
erit in ſanctificatione. et. ꝫ. Elegit
Iudas. id eſt cōfitēs ſacerdotes
ſine macula ad ſanctificandū tem
plū. qr bon9 et diſcretus cōfeſſor
eligendus. Tertia eſt p abſtinen
tiaꝫ a peccato. i. Theſſal. iiij. Vo
luntas dei eſt ſanctificatio veſtra
vt abſtineatis vos ab oi fornica-
tione. vt ſciat vnuſquiſqꝫ vas ſuū
poſſidere in ſanctificatione et ho-
nore. ij. Coꝝ. vij. Emūdem9 nos
ab oi inquinamēto carnis et ſpūs
pficientes ſanctificationē in timo
re dei. qr per timoreꝫ dei declinat
omis a malo. Eccl. ij. Qui timent
dn̄m preparabūt corda ſua. et in
cōſpectu illius ſanctificabūt ani-
mas ſuas. Quarta eſt p ſpem. i.
Ioh. iij. Qui habet ſpē in illo ſan
ctificet ſe. Aug9. Sperare eſt ex
gratia et meritis expectare. Ta-
lis non eſt ſpes impij que perit.
ps. Spes impiorum pibit. Quin-
ta eſt p cuſtodiā mandatoꝝ. Le-
uitici. xx. Cuſtodite pcepta mea.
qr ego dn̄s qui ſanctifico vos. ad
cuſtodiā mandatoꝝ nos inuitant
dona pcepta et pcipienda ⁊c. ps.
Dedit illis regiones gentiū et la
bores populoꝝ poſſederūt. vt cu
ſtodiant iuſtificationes eius. Qui
igitur pcepta nō cuſtodit nō ha
bet ius in laboribꝫ comedendis.
Numeri. vi. Iuxta qđ mēte deuo
uerat. ita faciet ad pfectionē ſan-
ctificationis ſue. Sexta eſt p ele-
moſynam. Eccl. vij. Datum bra-
chiorum et ſacrificium ſanctifica
tionis offeres dn̄o. Criſtus in cru
ce brachijs nobis lucrat9 eſt quic
quid habemus. Solet dici hoc de
iure meū. qr lucratus ſum ꝓprijs
brachijs. Magna ergo pſūptio
eſt ea que xp̄s acquiſiuit cuꝫ tan
to labore paupibꝫ ſubtrahere. of
feres dn̄o. ſcꝫ in paupe. Luce. xi.
Qđ ſupeſt date elemoſynā. et ec
ce omnia munda ſunt vobis. Se-
ptima eſt p bonam ſocietatem. i.
Coꝝ. vij. Sanctificatur vir infide
lis per mulierem fidelem et econ
uerſo. ps. Cuꝫ ſancto ſanct9 eris
⁊c. Sed dicitur q̄ꝫ mulier turpis
non libenter ſedet iuxta pulcram
ne turpitudo illius magis appare
at. qr oppoſita iuxta ſe poſita ma-
gis eluceſcūt. Sic mali non liben-
ter ſociantur bonis ne malitia ex
eoruꝫ bonitate magis appareat.
quia qui male agit odit lucem et
non venit ad lucem vt non mani
feſtentur opera eius. Ioh. iij.

## De ſolitudine.

In ſolitudine gratia con
ſeruatur. Si aliquis ha-
beret phialam plenam
balſamo. ſtultus eſſet ſi in turba
ſe poneret vbi phialaꝫ forte fran
gere et balſamuꝫ effunderet. Sic
ille qui i turba vel ſocietate ſe po
nit. vbi aliquando gratiam dei a-
mittit. Beata virgo filium amiſit
in turba quem in templo inuenit
Luce. ij. Item in ſolitudine deus
cum aīa loquitur. Oſee. ij. Ducaꝫ

eam in ſolitudinem et loquar ad
cor eius. Libentius loquitur ali=
quis homo cum ſponſa in ſecreto
q̄ꝫ in aperto. Sic deus. Cum ani=
ma ſancta. Bernardus. O anima
ſancta ſola eſto vt illi ſoli place=
as quem ſolum ex omnibus elegi
ſti. Aut ignoras te verecundum
habere ſponſum. qui nequaq̄ꝫ ce
teris preſentibus ſuam velit ex=
hibere preſentiam. fuge publicū.
fuge oīs domeſticos. recede ab
eo qui tibi miniſtrat. Item ibi ſe
pius conſolatio infunditur. Ihe=
remie. ij. Onager aſſuetus in ſoli
citudine in deſiderio anime ſue at
traxit ventum amoris ſui. Jacob
domi manens benedictionem pa=
tris accepit. quā eſau frater ami
ſit. Quid per eſau niſi inquieti et
girouagi qui cōſcientia derelicta
exteriora ſolatia querunt. qui ce=
leſti bendictione priuantur. Per
Jacob domi manentem. quieti et
pacifici deſignantur. qui teſtimo=
nio conſcientie gloriantur benedi
ctionē patris obtinent. Ideo dn̄s
in lege iubet os turturis retorque
ri ad aſcellas. i. delectationes et
cōſolationes ſuas in intimis ſuis
haurire. Hoc eſt qd̄ Naym. iij. di
citur. Aquam ꝓpter obſidionem
hauri tibi. i. ī intimis tuis refrige
ria cōſolationū tuarum haurias.

## De ſpe.

ſ Perandum eſt in domino
qui ſperantes in ſe ſuſti=
net ne cadant. Naturali=
ter qui infirmus eſt timet cadere
alicui rei adheret. vt in puero vel
infirmo patꝫ. Sic naturalis ratio
dictat anime cognoſcenti debili=
tatem ſuam q̄ꝫ fortiori ſe initi ⁊
adherere debet. ſcꝫ deo. Quia de
facili tranſit malum paſſum. qui
habet bonam apodiationem. ſcꝫ
deum vnde poſſit tranſire malum
paſſum. Vanitatis enī eſt nō pre
ſtare fulcimētuꝫ innitenti ſibi. ſed
veritatis eſt nō negare. Vnde cuꝫ
dominꝰ veritas ſit. innitenti ſibi
non ſe ſubtrahit. Sicut ſolent fa
cere mali truffatores q̄ ſe fruſtra
ꝑmittunt cadere. ſi aliquis ſe apo
diauerit eis. Yſa. l. Qui ambulat
in tenebris ⁊ non eſt lumē ei. ſpe
ret in nomīe dn̄i et innitatur ſup
deuꝫ ſuū. Augꝰ. Quid in te ſtas
et non ſtas ꝓijce te in deum. non
ſe ſubtrahet. ⁊ te cadere non per
mittet. ꝓijce te ſecurus ſuſcipiet
⁊ ſanabit te. Securus eſt ſperans
in dn̄o. quia protector eſt omni
ſperantiū in ſe. ps. Dn̄s ꝓtector
vite mee ⁊c̄. Item ſpes animam
ſeruat. Eſt enī ancora animā ſer=
uans ne a ꝓcella temptationū et
tribulationū rumpatur. vt innuit
apoſtolus Heb. vi. Qui confugi=
mus ad tenēdam ꝓpoſitaꝫ nobis
ſpem quā ſicut ancoram habemꝰ
anime tutam et firmam. glo. Au
guſtini. Si te fluctuari videris in
mari huius mundi. noli abrumpi
ab ancora anteq̄ꝫ intres in portuꝫ
Fluctuat nauis ſi non longe a ter=
ra ꝓijcitur nec in eternū fluctua
bit et ſi ad tempus fluctuat. Itē
ſpes baculꝰ eſt valde neceſſarꝰ
in via huius vite peregrinanti.



Qui huic baculo innititur nō cor
ruit. ps. Non derelinquet omnes
ſperantes in eo. Idem. In domino
ſperans non infirmabor. Item nō
fatigatur nec deficiet. Yſaie. xl.
Qui ſperant in dn̄o mutabūt ⁊c̄.
current et non laborabunt. ambu
labunt ⁊ non deficient. Item per
ſpeꝫ homo remunerabitur. Spes
enī eſt certa expectatio future be
atitudinis ex gratia et meritis ꝓ
ueniens. Si merces modica labo=
rem mercēnarij tolerabilem red=
dit. quid facere debet merces eter
na. Jacobi. v. Ecce agricola ex=
pectat fructuꝫ precioſuꝫ terre pa
tienter ferens ⁊c̄. glo. Si ille pro
fructu terre quem ſperat tam pa
tienter expectat. q̄nto magis nos
ꝓ celeſti. Debet ergo iuuare ſpē
noſtram gloria eterna ſperanti=
bus promiſſa. Item miſericordia
dei qui vult oīs homīes ſaluos
fieri. Si homines amant ea que
ſua ſunt. et conſeruant ea. et ſi ea
perdiderint gaudent cum ea re=
cuperant. Sic deus qui ſumme bo
nus eſt. vult conſeruare eos qui
boni ſunt ⁊ peccatores quos per
didit recuperare. Exemplum. Lu
ce. xv. de oue perdita. Ezech. xviij
Ecce omnes anime mee ſunt ⁊c̄.
Nunq̄d eſt voluntatis mee mors
impij dicit dominꝰ. et non magis
vt cōuertatur a vijs ſuis et viuat
Item bona que agimus et mala
que ſuſtinemꝰ debent iuuare ſpē
noſtram. Securus debet eſſe de re
qui habet bonuꝫ pignus apud ſe
Sic ſecuri ſunt de regno futuro q̄
habent bona opera que q̄ſi que=
dam pignora et arre regni cele=
ſtis. Gregorius cum opus profi=
cit. regni fiducia creſcit. Idem Vi
ri ſancti quot labores nunc imi=
tati commendantes exhibent. tot
iam remunerationis ſue pignora
intra ſpei ſue cubiculuꝫ clauſa te
nēt. Iteꝫ mala que ꝓ deo ſuſtine
mus ſpem adiuuant. Gregorius.
Bonorum mens quo duriora pu
ritate tolerat. eo eternitatis pre=
mia citius ſperet. Idem. Tanto
ſpes ſolidior ſurgit. quāto quiſqꝫ
pro illo duriora pertulerit. Cer=
tus pōt eſſe de re que venalis eſt q̄
precium habet apud ſe. Sic debet
eſſe certus de regno eterno qui
multas tribulationes ſuſtinuit
quibus regnum celorum emitur.
quia per multas tribulationes o
portet nos intrare regnum celo=
rum. Actuum. xiiij.

## Thema.

i N me eſt omnis ſpes vi
te et virtutis. Eccl. xxiiij
Sicut dixit dominꝰ. Ma
th. iiij. Non in ſolo pane viuit ho=
mo ſed in omni verbo qd̄ proce=
dit de ore dei. Homo eſt compoſi
tus ex corpore et anima. et ideo ſi
cut corpus viuit ex pane qui eſt
cibus corporalis. ſic anima viuit
ex verbo dei quod eſt cibus ſpiri=
tualis. Vnde ſicut quādo aliquis
eſt corporaliter infirmus et debi=
lis q̄ꝫ cibum non recipit. vel ſi re
cipit nō retinet. eſt euidēs ſignuꝫ

moꝛtis et de eius vitā deſperatur·
Sic quando aliquis eſt ita debilis
et infirmus in anima ꝙ verbum
dei non audit·vel auditum non re
tinet.vt ſcʒ pereat in ope ſignum
manifeſtuʒ eſt moꝛtis ſpiritualis
Vnde tamen quātūcūqʒ videatur
in aliquo tale ſignum. non debet
homo totaliter deſperare de vita
ipſius.qꝛ inuenitur medicina que
hominē quantūcūqʒ ſit infirmus
poteſt cōfoꝛtare iteruʒ vt cibum
ſpiritualem recipiat et retineat ⁊
ſic viuat·Et quia beata maria eſt
bona medica·que iſtius medicine
ſcʒ gratie dei habet plenitudineʒ
et a qua ſola gratia dei venit ad
homies.ideo ꝙ aliquis in firmus
et debilis per peccatū ſan9 et foꝛ
tis fiat et viuat· in ipſa eſt totali
ter cōfidenduʒ et ſperadum·qꝛ in
ea ſola ē tota ſpes noſtra·et hoc
eſt qꝺ ipſa dicit in verbis ꝓpoſi=
tis· In me eſt oīs ſpes vite et vir
tutis· Ad ipſaʒ ergo recurram9·

Introitus·

Omnia opera mūdi oꝛdinātur ad
aliquē fineʒ ꝓpter queʒ ipſa ope=
ra fiūt·Nichil autē eſt ꝙ ita tra=
hat hominē ad aliquod opus in
cipiendum·et inceptuʒ cōtinuan=
dum ſicut quādo homo habet fir
mam ſpem ꝙ poterit conſequi il
lud ꝓpter qꝺ illud op9 facit·ope
ra autē bona que homo facit oꝛ
dinantur ad habendū vitam eter
nam·Et ideo vt homo bona ope
ra libenter incipiat et continuet·
ſuper omnia neceſſariū eſt vt ha
beat ſpem conſequendi illam vi=
tam·et ſuper omnia debet homo
vitare deſperationem·Semper er
go illaʒ ſpem teneam9 ꝙ bene fa
ciendo qꝺ volum9 cōſequamur.

Diſtinctio·

Sciendum eſt ꝙ totam ſpem no=
ſtram debemus ponere in deo. qꝛ
ipſe eſt qui ſperantes in ſe adiu=
uat· Adiuuat eni eos tripliciter
ſcʒ·Ne cadant in temptationibꝫ·
Ne deficiant in tribulationibus.
Et vt premium habeant pro bo=
nis operibꝫ· Primo adiuuat de9
ſperantes in ſe ne cadant in tem=
ptationibus·et ideo quando ali=
que temptationes demonis inſur
gunt contra hoiem· ſtatim debet
recurrere ad adiutoriū dei·et quā
tūcūqʒ ſint magne temptationes
nō debet deſperare quin poſſit cū
adiutorio dei vincere multo faci=
lius·Licet eni diabolus ſit mul=
tum potens et foꝛtiſſime poſſit ho
minē inuadere p multas tempta
tiones. tamen cuʒ tota poteſtate
non poteſt nos cogere ad cōſen=
tiendū niſi velimus·tuʒ quia nos
ſumus multū fragililes et de fa=
cili iclinamur ad iſta tempoꝛalia
et ad delectandum in eis indebi=
te·qꝺ ipſe nobis ſuggerit in tem
ptationibꝫ·licet nō poſſet nos co
gere ad cōſentiēdū ſibi·tamen in
magno piculo poteſt nos ponere
vt iclinemur ad cōſenſuʒ.Et ideo
null9 debet cōfidere in temptatio
nibꝫ de ſua virtute· ſed debet ſuā
ſpem ponere in deo et eius adiu=
toꝛium petere·quia ipſe pugna=
bit pro ſperātibus in ſe· et iuuat
ne ī temptationibꝫ cadāt·ps· In
ipō ſperauit coꝛ meū ⁊ adiut9 ſuʒ



Nota ꝙ aliquādo deus iuuat ſic
ſperantes in ſe vt ſepe habeāt tē
ptationes nec vult ſtatim temp=
tationes repellere·ſed pmittit ali
quādo diu hoiem temptari et eſ=
ſe ī pugna·nec eſt ꝓpter hoc ſta
tim de eius adiutoꝛio deſperandū
Ipſe eni hoc facit· qꝛ inde ſequi
tur maioꝛ vtilitas homis·qꝛ ho=
mo reſiſtēdo temptationibꝫ mul
tum meretur·quāto maioꝛes ſunt
temptationes·et cuʒ plus durant
maius meritū acquirit·Sed ſemp
iuuat ſperātes in ſe in hoc ꝙ dia
bolus non pualeat contra eos et
adducat ad cōſentiendū peccato
vnde dicit· Eccl·ij· Reſpicite filij
nationes hoīm·et ſcitote qꝛ null9
ſperauit in dn̄o ⁊ confuſus eſt·qs
pmanſit in mandatis eius·⁊ dere
lictus eſt·aut quis inuocauit illū
et deſpexit eum· Quoniā pius et
miſericoꝛs eſt deus et remittit in
tempoꝛe tribulatiōis peccata ⁊c·
Secūdo debem9 ponere ſpem no
ſtram in deo·qꝛ ipē confoꝛtat ſpe
rātes in ſe ne deficiāt in tribulatio
bus·Multe eni tribulationes ve
niūt aliquando de quibꝫ videtur
hoī.ꝙ nullo modo poſſit euadere
ſine magno piculo et ſecure ſi hō
attenderet ad ꝓpꝛias vires ita eſ
ſet ꝙ in multis tribulationibꝫ de
ficeret vel non euaderet ſine ma
gno piculo·niſi eſſet adiutoꝛiū dei
Et cū ipſi9 adiutoꝛio ita redditur
homo foꝛtis ꝙ omis tranſit im=
patientia faciliter·Vnde apoſto=
lus·ij·Coꝛ·pmo·Opatur ſcʒ de9
tollerantiam paſſionuʒ·quas nos
patimur vt ſpes noſtra firma ſit·
Vnde ſubdit loquens de ſeipſo.
Supꝛa moduʒ grauati ſumus· ſu
pꝛa virtuteʒ·ſcʒ noſtram ita vt te
deret nos etiaʒ viuere.Sed ipſi in
nobiſipſis reſponſum moꝛtis ha
buimus vt non ſimus fidentes. id
eſt cōfidentes in nobis·ſed in deo
qui de tantis periculis eripuit nos
et eruit.in quem ſperamus·quo=
niam et adhuc eripiet adiuuan=
tibus et vobis in oꝛationibꝫ· In
deo igitur debemus in tribulatio=
bus ſpem noſtram ponere·qꝛ ſpe
rantibus in ſe et ipſe aufert oēm
tribulationeʒ·vel dat patientiam
in ſuſtinendo·ſecūdum ꝙ ipē ſcit
quid eſt eis vtili9· Nota ꝙ illud
qꝺ debet nos inducere vt quādo
ſumus in tribulationibus pona=
mus in deo ſpem noſtram. et ſic
euadamus ſine periculo tribula=
tiones ſanctoꝛum· Quomodo eni
ſācti potuiſſent tot tribulationes
ſuſtinuiſſe quot ſuſtinuerunt/niſi
deus confoꝛtaſſet eos et dediſſet
eis foꝛtitudinem patientie· Que
eni virt9 vl' patiētia humana ſuf
ficeret ad ſuſtinendum tot/perſe
cutiones·tot afflictiones·tot toꝛ=
menta·que diuerſi martires pati
enter ſuſtinuerunt·Quomodo tot
virgines puelle ·xiij· vel·xiiij· an=
noꝛum cōminationes toꝛmentoꝛū
perſecutoꝛuʒ· tot penas cum tan
ta patientia ſuſtinuiſſent pꝛopꝛia
virtute vel ꝓpꝛia patientia· Cer=
te nullo modo. ſed ponebant to=
tam ſpem ſuam in deo·et ipſe qui
non deſinit ſperantes in ſe·dabat
eis virtutem omnia patienter ſu=
ſtinendi et ſine periculo aīe ſue·

Vnde.p̃s. In te ſperauerunt pa=
tres noſtri ſperauerunt et libera=
ſti eos. Iſtud ergo dat nob exē=
plum ponendi ſpez noſtraz in deo
quādo ſum9 in aliqua tribulatio
ne. Tertio debemus ponere ſpez
noſtram in deo. qꝛ ipſe ſperantes
in ſe remunerat vt p̄miuz habeāt
pro bonis operibꝫ. Spes eni mer
cedis facit hoīem patienter et li
benter ſuſtinere labores. Vnde vi
demus ꝙ aliquis pacto conduct9
a dn̄o aliquo. oīs labores totius
anni ſuſtinet. qꝛ ſperat in capite
anni recipere bonū ſalariū. Ope
ra autē bona ſunt opa laborioſa.
et ideo vt melius ip̄m laborem ſu
ſtineam9. debem9 habere fiduciā
et ſpem. ꝓpterea ꝙ recipiemus a
dn̄o mercedē vite eterne. Et iſtā
ſpem debemus frequenter pone=
re ante oculos cordis noſtri. Si
autē ipſa opera fecerimus ſperā
tes in aliqua alia re ⁊ non in deo
Sicut faciūt illi qui ob ſpem lau
dis hoīm hoc faciunt. ſicut ſunt
ypocrite. non recipiemus p̄mium
a dn̄o ꝓ eis. p̄s. Saluos facit ſpe
rantes in ſe. Notandū ꝙ cum ad
perueniendū ad vitam eternam
ſit neceſſariuz. ꝙ homo qui eſt in
peccato mortali ſurgat de pecca=
to et pſeueret in bono ſtatu. non
ſolum neceſſarium eſt vt hō qui
facit bona opera faciat ea ſolum
ſperās remunerationez a deo. imo
eſt etiam neceſſarium vt ille qui
eſt in peccato habeat fiduciaz et
ſpem firmam in deo. ꝙ ipſe dabit
ſibi miſericordiam et remittet ſi=
bi peccata. et dabit ſibi perſeue=



rantiam vt poſſit puenire ad glo
riam. p̄s. Sperantem autez in do=
mino miſericordia circundabit.

De ſpirituſancto.

S Piritusſanct9 ſupueniet
in te. Luce. p̄mo. Sicut
dicūt doctores. Spūſſan=
ctus eſt amor diuinus. igitur cuz
habere gratiam dei ſit habere a=
morē eius. ſequitur. ꝙ ſicut vnuſ
quiſqꝫ habet in ſe gratiam de vi=
ta. habet in ſe ſpirituſanctum. qꝛ
habere gratiā dei nichil aliud eſt
ꝙ̃ habere ſpirituſanctum. Itaqꝫ
cuz beata virgo maria haberet in
vita ſua et modo habeat in ſe ple
nitudinem gratie dei. ſequitur ꝙ
fuerit in vita hic et modo plena
ſpirituſancto. Et ideo angelus q̇
dixit ei ꝙ erat gratia plena. etiā
dixit ſibi ꝙ eſſet plena ſpirituſan
cto. ſecundū qđ dicitur in his ver
bis. Spūſſanctus ⁊c̄. quaſi dicat
Non ſolum veniet in te. nec aliq̊
modo erit in te. ſed ſupueniet. id
eſt ſuphabundanter veniet in te
habūdātiſſime. ſcꝫ replens te. Et
ideo ſicut petimus ab ea ꝙ obti=
neat nobis gratiam dei. ita debe=
mus recurrere ad ipſam ꝙ obti=
neat gratiā ſpūſſancti. Spūs eni
ſanct9 maxime neceſſarius eſt in
p̄dicatione. qꝛ ſine ipſi9 gratia p̄
dicatio non poſſet fructuz facere.
Ad ip̄az ergo que eſt plena gra
tia recurramus. Introitus.
Sicut corpus noſtrū niſi habeat
in ſe ſpiritum vel animam que
dat ſibi vitam. fetidum eſt. Et
continue vadit ad corruptionem



quouſqꝫ totaliter ſit corruptum.
Sic anima noſtra niſi habeat in
ſe ſpūmſanctum qui dat ei vitaz
ſpūalem. ſicut anima dat vitā cor
pori corporalem. fetida eſt. et cōti
nue vadit ad corruptionē pecca=
torum quouſqꝫ tandē pueniat ad
penam inferni. Sed ſicut corpus
ꝙ̃diu eſt in eo anima a corruptio
ne cuſtoditur. Sic aīa ꝙ̃diu ha=
bet in ſe ſpirituſanctū cuſtoditur
ab omi corruptione peccati. et p
conſequēs elongatur a via infer
ni et accedit omi die ad gloriam
paradiſi. Diſtinctio.
Sciendum ꝙ omis corruptio pec
cati vel eſt cordis. ſicut cum pec
catur cogitatione. vel oris. ſicut
peccatur locutione. vel operis. ſi
cut cuz peccatur opatione. Spūs
autez ſanct9 quādo eſt in aīa no=
ſtra cuſtodit eam ab omni corru
ptione peccati. qꝛ cor mūdat ab
omi immūdā cogitatione et con=
ſeruat ab omni mala locutione et
rectificat manū in oī bona opera=
tione. Primo ergo ſpūſſanct9 cu
ſtodit nos ab oī corruptione pec
cati. qꝛ cor mūdat ab oī immūda
cogitatione. Nichil eni i mūdo ē
de quo ita libenter cogitat hō ſi
cut de eo qđ amat. et ꝙ̃to pl9 a=
mat aliquē. tanto libentius et de=
lectabili9 ⁊ frequēti9 cogitat de
ip̄o. Et ecōtrario quādo hō con=
temnit aliquē in corde ſuo. nō li=
benter cogitat de ip̄o. Spūs autē
ſanct9 in aīa in qua eſt ponit ca=
ritatez dei qua habita diligit hō
deum ſup omia bona. Spūs autē
ſanct9 facit hoīem cōtemnere tē

poralia. et hoc ſequitur ex p̄mo.
Quicunqꝫ eni diligit deum ſuper
oīa. oīa alia ita cōtemnit ꝙ nullo
modo vellet perdere amorez dei
ꝓpter ea. Et ideo ſpūſſanct9 cuz
facit hoīem deum diligere ſuper
omnia. facit eum de eo cogitare et
de his que ſunt ſecundum deū. et
non de his que ſunt contra deum
cum faciat hoīem ip̄a cōtemnere
Roma. v. Caritas dei diffuſa ē in
cordibus noſtris p ſpirituſanctū
qui datus eſt nobis. Notandū ꝙ
qꝛ ſpirituſſanct9 ſicut dictum eſt
mūdat cor a malis cogitationibꝫ
Ideo ſi aliquis velit vti eius be=
neficio. ſed velit in ſe recipe ma=
las cogitationes. et velit eas reti
nere et in eis perſeuerare vſqꝫ ad
cōſenſum. ſpūſſāct9 q̇ nō vult ha
bitare niſi in conſciētijs mundis
ſtatim recedit ab eo. Et tunc dia
bolus qui nullaz inuenit reſiſten
tiam de facili immittit multas et
prauas cogitationes. ⁊ inducens
hominez ad conſenſum deturpat
multipliciter animam eius. Sa=
pientie. p̄mo. Spūſſanct9 diſcipli
ne effugiet fictuz. id eſt ſanctitas
effugiet fictionē in illis qui anī=
mā ſuaz in prauis cogitationibꝫ
poſuerunt ⁊ non peccant ope.' eſt
fictio. qꝛ exteri9 videntur mundi
a peccato. interius ſunt infecti. ⁊
auferet ſe a cogitationibus que
ſunt ſine itellectu. Cogitationes
eni male ſūt ſine intellectu et ra=
tione. imo ſunt contra rationem
et intellectū. qꝛ ratio ⁊ intellect9
dictat ꝙ hō nō deberet talia co=
gitare. Scđo ſpūſſanct9 cuſtodit

nos ab omi corruptione peccati,
qꝛ os conſeruat ab omi mala lo=
cutione. Sicut eni eſt de cogitatio
ne ꝙ amoꝛ facit libenter cogita=
re hoiem de eo qd amat. et con=
temptus pꝛohibet! ne cogitat de
his que contēnit. Ita eſt de locu=
tione qd hō vellet ſemp loqui et
audire loqui de eo qd diligit. ꝛ nū
ꝙ vellet loqui vel audire loqui
de his que non diligit ſed contē=
nit. Vn̄ dicit ꝙ ibi vadit lingua
vbi coꝛ dolet. Sicut ergo ſpūſſan
ctus ponendo in aia caritatez dei
ex eo ꝙ facit hoiem deuz ſup oia
diligere. et ea que ſunt contra de
um odire. Ita etiam facit vt hō
libenter loquatur de deo ꝛ de his
que ptinent ad deum. et facit ne
loquatur verba inhoneſta et tur
pia. nec aliqua verba que diſpli=
ceant deo. Ipſe eni ſpiritusſanct9
ponit verba in oꝛe homis qui ha
bet in ſe ſpūmſanctum. vnde ha=
bundantius dicit dn̄s. Math. x.
Non vos eſtis loquentes ſed ſpi
ritusſanct9. Notandū ꝙ ſicut ca=
ritas facit ꝙ hō diligat deum. ita
facit ꝙ diligat pximū. et ideo ſpi
ritusſanct9 dando nobis caritatē
nō ſolū facit ne loquamur verba
turpia et ihoneſta et que ſunt cō
tra deū. imo etiā facit ne loqmur
aliquid cōtra pximū. Qui eni ha
bet in ſe ſpūmſanctū nō dicit ver
ba p que aliqs homo vel aliqua
mulier diffametur. Non dicit ver
ba diſſeminatoꝛia p que inter ho
mines turbatio et odium oꝛiatur
Non dicit mendacia. Non facit
falſum teſtimonium. ſed in omni

bus verbis ſuis cauet ſibi ne ſit in
grauamen vel in dānuz alicuius.
Illi eni in quibꝫ eſt ſpūſſanctus
non loquūtur niſi ſecundū cōſiliū
ipſi9. vn̄ dicitur. ij. Petri. i. Spiri=
tuſancto inſpirati locuti ſūt. et lo
quūt adhuc hodie ſācti dei hoies
Tertio ſpūſſanctus cuſtodit nos
ab omi coꝛruptione peccati. quia
manū rectificat in omi bona ope
ratione. Spūs eni ſanct9 eſt ſicut
bon9 magiſter qui diſcipulū di=
rigit in opando. Unde ſicut illi q
aliq̄ꝙ artē volūt addiſcere q̄runt
bonū magiſtrū qui eos doceat ꝛ
dirigat quō bona opa illius artis
poſſint ꝛ ſciant facere ſine erroꝛe
Sic qui volūt addiſcere artem et
modū faciēdi bona opera et que
de9 p̄cepit facere. ꝛ volūt cauere
ab opibꝫ malis. iſtū magiſtrū p
curent habere. qꝛ ipē eos in opan
do ita diriget ꝙ recta bona opa
facient. et nō eſt in eoꝝ operibꝫ
bonis erroꝛ nec peccatū. vn̄ dicit
dn̄s. Ioh. xiiij. Spūſſanctus quez
pater mittet in noie meo ille vos
docebit oia. et ſuggeret vob oia
quecūqꝫ dixerit vobis. quō ſcꝫ poſ
ſitis facere ꝛ implere. Notandū
ꝙ ad hoc ꝙ aliqs dicat recte et
bene operari nō ſufficit ꝙ faciat
vnū op9 bonū aut duo. ſꝫ neceſſa
riū eſt vt ſemp in tota vita ſua fa
ciat bona opa. Et ideo ad hoc ꝙ
aliqs dicat recte et bene opari ne
ceſſaria eſt cōſtantia. vt i eis ſcꝫ
cōſtanter vſqꝫ ad finē pſeueret.
Et qꝛ homo eſt fragilis et de fa
cili mutatur de vno pposito in ali
ud. ideo vt homo ſit firmus ſemp



in pposito faciendi bona opera. ꝛ
vt homo in bonis operibus per
ſeueret. neceſſariuz eſt adiutoriū
ſpiritusſancti. Ipſe eni eſt cōfoꝛ
tatio qui dat illis in q̄bus eſt con
ſtantiaz. et facit eos ſtare foꝛtes
et vſqꝫ in finez vite ſue facere bo
na opera in bono pposito. id eſt
in bonis operibus perſeuerare.
et pter hoc. Yſa. xi. vocatur ſpi
ritus foꝛtitudinis. Ezech. ij. In=
greſſus in me ſpiritus! et ſtatuit
me ſuper pedes meos. me ſcꝫ cō=
foꝛtans ad bona opera facienda
me erigens. et perſeuerantem ac
conſtantem faciens.

De ſuperbia.

Vperbia eſt quaſi rex vi
tioꝛum. Unde quando
venit ad aliquem non ve
nit ſola. ſed ad modum regis ad
ducit ſecum magnam ſocietatem
vitioꝛum. Eccl. x. Initium omnis
peccati ſupbia. qui tenuerit eā im
plebitur maledictis. id eſt vitijs.
Supbia eni poſtꝙ dominiuz ha=
bet in aliquo non amittit eum de
facili. ſicut reges de facili nō per
dunt caſtruz qd ſemel poſſiderūt
ſed potenter illud defendunt. Ec
cl. iij. Synagoge ſuperboꝛuz non
erit ſanitas. Criſo. Tolle hoc vi=
tiuz vt non velint hoies apparere
hominibus. et ſine laboꝛe cetera vi
tia reſecantur. Item per ſupbiaz
homo ſimilis diabolo efficitur.
duz homo hominib9 ſimilis eſſe
dedignatur. vt phariſe9 qui dixit
Luce. xviij. Non ſum ſicut ceteri
hoies. Bernardus. Ergo ſicut ce
teri demonum. Supbia eni ſemp

vult dominari. Non eſt naturale
vermibus dominari alijs vermi=
bus. Seneca. Si videas murez do=
minari velle alijs muribus nun=
quid riſum teneas. Sic hominem
alijs hominibus. ſed animalibus
Gen̄. ix. dictum eſt homini. Erit
tremoꝛ veſter ſuper omnia ani=
mantia terre. vnde Grego. Ma=
gna ſupbia eſt ab equali timeri.
Sed dicitur ꝙ ouis ꝙ̄tuncūqꝫ mi
ſera ſit. ſi nola collo eius ponatur
omnes quaſi dn̄a precedere credit
et ſe omnibus melioꝛem. Contra
quez. Eccl. xxxij. Rectoꝛem te po
ſuerunt noli extolli. ſed eſto i illis
quaſi vnus ex illis. non quaſi dn̄s
Item ſupbia eſt occaſio et cauſa
ruine ſpūalis qꝛ ſupbus vult altā
domū edificare ſine fundamento
humilitatis. et ideo certus poteſt
eſſe de ruina. Prou. xvij. Qui al=
tam facit domū ſuaz querit ruinā
Diabolus eni facit de quibuſdaz
ſicut coꝛnicula que eleuat nucem
in altū quā non poteſt frangere.
et pmittit eaz cadere vt frangat.
Sic diabolus pcurat aliquē quē
nō poteſt ſternere eleuari in ali=
quā dignitatē vt inde ſupbiat et
cadat. et ſic ad penā eternā ſecu
trahat. Iob. xxx. Eleuaſti me et
q̄ſi ſup vētū ponēs eliſiſti me vali
de. Bern̄. Paulatin aſcēdiſti. ſed
nō paulatim deſcēdes. ſed tanꝙ
fulgur ꝛ alter ſathanas. Itez ſic
vas quādo cōfringi debet eleuat
Sic ſupbi. Prou. xviij. ante ruinā
exaltabitur coꝛ hois. ps. Deieci=
ſti eos dū alleuarentur. vnde. Ex
celſe turres graui caſu pcumbūt

Et altiſſimi montes crebris ful=
goꝛibus feriuntur. Alta arboꝛ
foꝛtius agitatur ⁊ rami eiꝰ citiꝰ
in ruinam confringũtur. Item ſu
perbia nocet homini omia bona
auferendo. verſus. Si tibi gratia
ſi ſapientia foꝛma que detur. De
ſtruit omia ſola ſuperbia ſi comi=
tetur. Non eſt ſecurum puluerez
vel paleam in alto eſſe. Sic ſuper
bum in dignitate. Si vis cogno=
ſcere granuz a palea pꝛoijce in al
tum. granum deſcendet. ſed palea
aſcendit. Sic ſuperbi ſemp volũt
aſcendere. ſed humiles deſcende=
re. Et nota ꝙ palea non eſt ſup
granum ꝓpter ſuum valoꝛem. ſed
ꝓpter ſuam leuitatem. Sic ſupbi
ſuper bonos. Math. iij. dicitur ꝙ
dñs paleam cõburet igni inextin
guibili. ſed triticũ cõgregabit in
hoꝛreum ſuum. id eſt celum. Vn=
de ſicut homines cuſtodiunt ſe a
latronibus ne ſpolient eos. ſic de
bent cauere a ſupbia quia inſidia
tur bonis operibus vt pereant.
Augꝰ. Itez ligna putrida ⁊ ver
mes de nocte lucent. ſed de die nõ
Sic ſuperbi modo lucent in tene
bꝛis huius mundi. ſed in die quã
do ſol iuſticie apparebit q̃les ſint
apparebunt. qꝛ tunc in coloꝛe pꝛo
pꝛio videbuntur. qꝛ ibi lucerna im
pioꝛum extinguetur. et extincta
mõſtrabitur. Pꝛouerb. xxiiij. Itẽ
ſicut monſtruoſuz eſt cum ex gra
tia a deo data aliquis ſupbit. ita
iſte de vita moritur. de ſanitate e
grotatur. de medicamento inter=
ficitur. Gregoriꝰ. Qui de virtuti=
bus ſe extollit. non gladio. ſed me



dicamento ſe interficit.

## De tactu impudico.

t Actꝰ impudicꝰ tria ma
la facit. Pꝛimo coꝛpꝰ cõ
taminat. Qui tangit pi=
cez inquinabitur ab ea. Eccl. xiij.
Vnde ſuper illud. i. Coꝛ. vi. Qui
foꝛnicauerit in coꝛpus ſuum pec
cat. dicit. glo. Cetera peccata ani
mam maculant. Foꝛnicatio autez
coꝛpus et aĩam cõtaminat. Secũ=
do animã maculat coꝛpus incen
dit. Nunquid poteſt homo ignez
abſcondere in ſinu ſuo vt veſtimẽ
ta non ardeant. aut ambulare ſu=
per prunas vt non comburantur
plante eius. Sic qui ingredit̃ ad
vxoꝛem pꝛoximi ſui. non eſt mun
dus cum tetigerit eam. Pꝛou. vi.
Ignẽ in ſinu ſuo poꝛtat qui de mu
liere cogitat. vel qui ei libẽter lo
quitur. qꝛ colloquiũ illius quaſi
ignis exardeſcet. Eccl. ix. Super
prunas ambulat qui aſpectꝰ ſu=
os i ſpeciẽ mulieris figit. Heu ad
has prunas multi ſe calefaciunt
cuz petro negantes xp̃m. Marci.
xxiiij. Has prunas accẽdit diabo=
lus ſuggeſtionibꝫ p̃uis. Iob. xli.
Halitus eius prunas ardere facit.
Stultus et inſanꝰ debet reputari
ille qui ferruz calidum amplectit̃
vel ſtringit ad ſe. vel ponit ad os
ſuuz ⁊c̃. Sic qui mulierez ample=
ctitur vel oſculatur. qꝛ dicit Ihe
ronimꝰ. Gladius igneus eſt ſpe
cies mulieris. Gladius dicitur. qꝛ
vulnerat. igneus quia inflammat
Sicut ergo inſanus reputaretur



qui in gladium ardentem ſe pꝛoij
ceret. Sic qui in mulierem. Eccl.
ix. Pꝛopter ſpeciez mulieris mul
ti perierunt. et foꝛtiſſimi interfe=
cti ſunt ab ea. vt Dauid Salomõ
Samſon. Item ex duobus lapidi
bus frigidis et duris exit ignis.
qui in eis non erat ſi inter ſe colli
dantur. Et quid miruz ſi ex tactu
viri et mulieris exeat ignis luxu=
rie. qui in eis latebat. Itez papi
lio iuxta candelam tantum voli=
tat ꝙ tandem ſe cõburet. Sic ho
mo iuxta mulierem ſedendo ⁊ col
loquendo. vnde dicit Iheronimꝰ
Oſtium tuũ mulieruz pedes nũq̃
intrent. ſed ſi videris mulierez be
ne cõuerſantem. mente dilige. nõ
coꝛpoꝛali frequentia. qꝛ non eſt ſe
curum fenum vel ſtupaz eſſe iux
ta ignem. Bernardꝰ. Cum muli
ere ſemp eſſe et eam non cogno=
ſcere maius eſt q̃ mortuos ſuſci=
tare. et ſi qd̓ minꝰ eſt non poteſt
quomodo qd̓ maius eſt credam
tibi. Terra bona eſt in ſe. ⁊ aqua
bona et mũda. cũ ſimul ponuntur
vel apponuntur faciunt lutum et
inuicem polluunt. Sic eſt de viro
et de muliere. Tertio animam in
toxicat et inficit. Stultus eſſet q̃
ſerpentem venenoſum tangeret
vnde moꝛtẽ incurreret. Eccl. xxvi
Qui tangit eam quaſi qui appre=
hendit ſcoꝛpionez. qui mollis eſt
cum tangitur. ſed venenuz ex cau
da emittit. Item piſces ⁊ aues in
laqueos non ſe ſcienter pꝛoijciunt
ſed reſiliunt quando percipiunt
et homo miſer in laqueuz et rete
diaboli ſcienter ſe ꝓijcit. id eſt in



mulierem. ideo dicit ſalomon. Ec
cleſiaſtes. vij. Inueni mulierem
amarioꝛez moꝛte que laqueus eſt
venatoꝝ et ſagena coꝛ eius. vin=
cula ſunt manus illius. Illos eni
quos tenet ita foꝛtiter ligat. ꝙ
non poſſunt ab ea recedere. vñ nõ
poſſunt hoies ſepari a mulieribꝫ.

## De tepiditate.

t Epiditas iram dei pꝛouo
cat. Aqua tepida vomi
tum pꝛouocat. Apocal.
iij. Quia tepidus es incipiam te=
euomere de oꝛe meo. Tepidus a
deo euomitur cum in deterioꝛa la
bi pmittitur vel impenitens mo=
ritur. Item fiduciam temptandi
diabolo p̃ſtat. De multis eni tẽ=
ptat tepidum de quibus non au
deret temptare feruentem. Olle
eni feruenti muſce non inſident.
Item hominem reddit impoten=
tem et contractum. vt patet in il
lis qui cum foꝛtes ſint coꝛpoꝛe. ta
men poſſunt vix vnam partez pe=
nitentie facere. quã facit vna ve
tula debilis. qd̓ accidit ex tepidi=
tate ſua. qꝛ paruum habet deſide
rium. Bernardus. Foꝛſitan non
poſſumus quia non multum volu
mus. Idem. Si incipis incipe per
fecte. ſi ſine pꝛofectu es hoc iam
perfecte agis. ſi perfectionis ali
q̇d attigiſti teip̃m i teip̃o metue.

## De tempoꝛe.

c Onſiderandum eſt tem=
pus tanq̃ theſaurus pꝛe

cioſus. Bernardus. Nichil pre-
cioſius tēpore. ſed heu michil ho
die vilius reputatur. Fatuus eſt
ille qui rem tam p̄cioſam dat ho
ſti ſuo. qđ facit qui tempus expē
dit in ſeruitio diaboli. Prouerb.
v. Fili ne des alienis honorez tuū
et annos tuos. id eſt tempus vite
tue crudeli. id eſt diabolo. Item
conſiderandum eſt tempus. quia
breue eſt. et velociter tranſit. et
poſtꝙ tranſierit non poteſt reuo
cari. Job. ix. Dies mei velociores
fuerunt curſore. Seneca. Infinita
eſt velocitas temporis. punctum
eſt qđ viuimus. Ideo fatuus eſt
qui multis obligatus eſt debitis
et pauca habet. ſi prodige expen
dat. Sic qui multa peccata habet
et parum de tempore. ſi tempus a
mittat. Bernardus. O ſi cogno-
ſceres ꝙ multis et multa debeas
videres ꝙ nichil eſt qđ agis. Se
neca. Quem michi dabis qui ali
qđ precium temporis ponat. qui
intelligit ſe quotidie mori. Item
conſideradum eſt tempus tertio
quia de omni tempore oportebit
reddere rationem. Bernardus.
Omne tempus impenſum requi-
retur a te qualiter fuerit expenſū
Idem. Parum eſtimas tempus.
qđ i dictis vel factis expenditur
ocioſis. volat verbum irreuocabi
le. tranſit tēpus irremeabile. nec
aduertit inſipiens qđ amiſit. Itē
ſi aliquis haberet ſeruum vel fi-
lium cui dediſſet pecuniam ad ne
gociandum. et totum conſumeret
vt filiꝰ prodigus. vel de pecunia
illa illum impugnaret. non plus



ei daret. ſed reſiduum ei auferret
Sic facit deus de tempore pecca-
catoris. qđ dedit ad penitentiam
et ille abutitur eo in ſuperbiam.
et deum impugnat. Prouerb. x.
Timor dn̄i apponet dies. et āni im
pioꝝ breuiabūtur. ſicut medietas
membri infirmi abſcinditur ne to
tuz corrumpatur. Item qui ludit
ad decios facit prerogatiuam ſo
cio ſuo quādo dat ei decios vt ia-
ctet ſicut voluerit. Sic facit deus
peccatori quaſi decios dat ei tem
pus ad operandum. modo habe-
mus decios. id eſt tempus. Sene
ca. Tempus hic tantūmodo no-
ſtrum eſt. ſed poſt mortem non e
rit noſtrum ſed dei. et tunc accipi
et vel habebit decios. id eſt tem-
pꝰ. et iactabit cōtra nos. Thren̄
p̄mo. Vocabit aduerſuz me tem
pus. p̄s. Cum accepero tempus
ego iuſticias iudicabo.

## De temptatione.

Irca temptationem qua
tuor ſunt conſideranda.
Hoſtis impugnās. Mo-
dus temptandi. Et modꝰ reſiſtē
di. Vtilitas temptatiōis. Primo
hoſtis impugnans eſt diabolus.
Eph. vi. Non eſt nobis collucta-
tio aduerſus carnem et ſanguinē
ſed aduerſus principes ꝛc. Ab il
lo hoſte cauendum eſt. quia calli
dus. Geneſis. iij. Serpens erat cal
lidior cunctis animantibus terre.
Item cauendum eſt. qꝛ potens.
Vnde dicitur hic aduerſus prin-
cipes et poteſtates. Job. xli. Nō



eſt poteſtas ſuper terram que ei
valeat comparari. Item quia in
uiſibilis et neꝙ. vnde ſeqtur. Con
tra ſpiritualia nequitie. Ihere. vi
Crudelis eſt et non miſeribitur.
Secundo circa moduz temptandi
Nota ꝙ diabolꝰ temptat de pec
cato ad qđ nouit hoiem promo-
rem. ſicut hoſtis alicuius impu-
gnat caſtrum eius ex parte debi
liori. Greg. Diabolꝰ mores vni-
uſcuiuſqꝫ cōſpicit cui vitio ſint ꝓ
pinqui. illa apponit ante faciem
que viderit facilius inclinare mē
tez. Sicut venator ponit laqueos
vbi conſueuerunt beſtie frequen
tare. p̄s. In via hac qua ambula
bam abſconderunt laqueum mi-
chi. Abſcondit enī peccati penā
et oſtendit delectationez. Abſcō
ditur malum a diabolo ſicut pe-
dica ſub folio. Job. xviij. Abſcō
dita eſt in terra pedica eius. et de
cipula eius ſuper ſemitam. Item
ſicut laqueus ſub grano et vene
num ſub morſello. et hamus ſub
cibo piſcis. Eccleſia. ix. Quomo-
do capiūtur piſces hamo ꝛ aues
laqueo. ſic capiūtur homīes in tē
ptationibꝫ malis. Item temptat
diabolus de re qua conſueuit de-
cipere. medicina experta vtitur.
Vnde tēptauit xp̄m his tempta-
tionibus quibus vexauerat et vi
cerat p̄mum hoiem. Citius enī in
cenditur lignū qđ fuit in igne ꝙ
ſi nunꝙ fuiſſet. Et mēbrum citiꝰ
frangitur vbi prius fractum fue
rit ꝙ alibi. Et citius cadit homo
in infirmitatem quā ante habuit
ꝙ in aliam. tamen beſtie et volu

cres in eadem retia pedcaſqꝫ nō
incidunt. Item quādo non vincit
per vnam temptationem ſugge
rit aliam. Sicut medicus inuitat
infirmum ad diuerſa cibaria. vn-
de temptauit xp̄m trina tempta-
tione. Math. iiij. Exemplum in
vitis patrum de illo qui portabat
diuerſa genera potionuz. Rex enī
cum caſtruz non poteſt vincere in
parte vna ipugnat ex altera. vn
de. i. Regū. xxiij. Philiſtijm qꝛ iſ-
rael in mōtana vincere nequerūt
ad campeſtria deſcenderunt. qꝛ fu
giens ſuperbiaz cadit in luxuriā
vel auariciaz. Yſaie. xxiiij. Qui fu
gerit a facie fornicationis vel a-
uaritie cadit in foueam luxurie. ꝛ
qui ſe explicauerit de fouea tene
bitur laqueo ſuperbie. vnde dicit
Auguſtinꝰ. Premunitos vos eſ
ſe volo ſcientes neminē ſuper ter
ram abſqꝫ temptatione victuruz
cui ſi forte tollitur vna. aliam ſe-
curus expectet. Item temptat
ſub ſpecie neceſſitatis vel alicuiꝰ
vtilitatis. vt quādo ſuggerit vo-
luptatem carnis ſub ſpecie diſcre
tionis. ſub bona mente rem falſā
vendit. Gregoriꝰ. Omnes ſuis vi
tijs fauent. et qđ ad voluptatem
carnis faciunt. ad neceſſitatis re-
ferunt actionem. ꝛ ſub ſpecie vir
tutis vitium voluptatis excuſant
Et nota ꝙ non poteſt diu teneri
caſtruz. vbi non ſunt homi es for-
tes et ſe defendentes. Vnde cum
obſidentur caſtra mittuntur extra
paruuli et mulieres. qꝛ non ſunt
vtiles ad bellandum. Sic facias
de corde tuo vt cogitationes pue

riles ⁊ affectus molles extra mit
tas. et fortes et viriles intus reti
neas. Mulieres ſūt cogitationes
⁊ affectiones circa carnalia verſā
tes. vt dicitur Naym. iij. Ecce po
pulus tuꝰ in medio tui. quaſi mu
lieres. Paruuli ī caſtro cordis ſūt
affectiones terrenoꝝ. paruulus
enī plus diligit pomum q̄ꝫ regnū
Prouerb. p̄mo. Vſqꝫquo paruu=
li diligitis infantiam. et ſtulti ea
que ſibi ſunt noxia cupient. Iteꝫ
temptat precando. ſicut leccator
primo ſollicitat mulierem precan
do. ſed poſtq̄ꝫ ab eo ſemel corru=
pta eſt ſequitur eum non rogata
nec habet audaciaꝫ poſtea aliq̄d
ei denegare. ſed contra cor ſuum
obedit ei in omnibus. Sic anima
a diabolo ſemel oppreſſa per con
ſenſum peccati. non habet ampli
us audaciaꝫ ei reſiſtendi. ſed dicit
illud Ihere. ij. Adamaui alie=
nos ⁊ poſt eos ambulabo. Item
non dicitur caſta mulier que libē
ter verba corruptionis audiret.
licet eis conſentire nollet. et ap=
petit diligi. licet diligere non ap
petat. cum dicat Augꝰ. Non ſo=
lum appetere ſed etiaꝫ appeti vel
le criminoſum eſt. Sic non eſt re
putāda caſta anima que tempta
tiones diaboli recipit et in eis de
lectatur. q̄ꝫuis peccato conſenti=
re nollet. Attende ꝙ cor tuū mu
tuo concedis inimico quando ſu=
ſtines delectationem. Das vero
qn̄ peccato cōſentis. ſed ſiue dono
ſiue mutuo ei cor tuuꝫ expoſueris
non quando volueris rehabebis
Quia ſicut x rimuꝫ eſt in poteſta
te populi facere regem quē vult
factum autem non eſt in eius po=
teſtate de regno expellere. Sic
homo liberum habet arbitrium
vtrum velit eſſe de regno diaboli
vel non. ſi autē peccando ſubiu=
gatus fuerit. non poteſt de pote=
ſtate eius quando vult exire. Si=
cut piſcis quando vult intrat naſ
ſam. ſed per ſe et quādo vult non
exire poteſt. Oſee. xiij. Perditio
tua ex te iſrael. tātūmodo ex me
auxiluꝫ tuum. Item temptat inſi
diando. vt latro viatori vndiqꝫ oc
currit vt nō ſit locus euadendi. Si
aliquis comedat libenter tēptati
de gula. ſi abſtinet de indiſcretio=
ne. et ſic circuit querens queꝫ de
uoret. i. Petri. v. Eccl. xi. Bona in
mala cōuertens inſidiatur. et in
electis ſuis ponit maculaꝫ. Item
ad tempus temptare ceſſat. cum
ei viriliter reſiſtitur. vt plus pro
ficiat. Sicut ille qui obſidet caſtꝝ
recedit vt dum non ſperatur irrū
pat. Mathei. iiij. Reliquit eum
diabolus. Gregorius. Sepe dia=
bolus poſtq̄ꝫ mentem impugna=
uit ad tempus ceſſat vt ſecuram
repente irrumpat. Eccl. xi. Bona
in mala conuertens inſidiatur et
in electis ſuis ponit maculam.
Item temptat lente. ⁊ paulatim
animum pulſat et tanto periculo
ſius quanto minus ſentitur. Iob
xiiij. Lapides excauant aque et al
luuione paulatim terra conſumi=
tur. et homies ergo ſimiliter per
des. Per lapides. viros fortes in
tellige. per aquam blandimenta
ſeculi vel diaboli qui cauant con



ſtantiam mentis ⁊ vacuam relin
quunt. Item temptat plus peni
tētes q̄ꝫ peccatores. Fortes q̄ꝫ de=
biles. quia forte deus nō permit
tit. Miles filium ſuuꝫ non mitte
ret ad prelium quando paruulus
eſſet. ſed quando eſt fortis et po=
teſt ferre arma. Item rex villas
campeſtres impugnare dedigna
tur et mouere exercitum contra
eas. ſed contra fortia caſtra. Sic
diabolus fortiores impugnat. vn
de quādo aliquis rex vult terram
alicuius capere primo impugnat
fortius caſtrum. quo capto tota
terra capitur. quia per illud im=
pugnat dominum caſtri et terraꝫ
eius. Sic diabolus magis impu=
gnat illos qui eminent iuſticia ⁊
fama vt exemplo eorum alij capi
antur. vnde. i. Reguꝫ. xxxi. dicitur
ꝙ totum pondus prelij verſuꝫ eſt
in ſaul. et Iudicum. xvi. dicitur ꝙ
philiſtijm qui figurant demones
acceperunt ſamſonem. qui inter=
pretatur ſol fortis vel illuminās
et erutis oculis molere eum fece
runt. id eſt peccata circuire. Et no
ta ꝙ capto caſtro facit ille q̊ ce=
pit quicq̄d vult de guardia eius
Sic diabolus quando cepit quē=
dam magnum magiſtrum vel po
tentem facit quicquid vult de ſci
entia/ lingua/ et potentia eius.
Thren. p̄mo. Manuꝫ ſuam miſit
hoſtis ad omīa deſiderabilia eiꝰ
Item rex ſibi caſtrum ſubditum
vel ſibi ſubditos non impugnat.
Gregorius. Hoſtis noſter q̄ꝫto
magis contra nos bellare conſpi
cit. tanto magis impugnare con
tendit. Iudith. xi. Ego nunq̄ꝫ no
cui viruꝫ qui voluit ſeruire nabu
chodonoſor regi babilonis. popu
lus autē tuus imo ſi non contem
pſiſſet me. non leuaſſem haſtam
meam contra euꝫ. Item fortis cō
tra debilem dedignatur lucrari et
maxime contra eum queꝫ ſepe de
vicit. Delitioſus miles viles ⁊ cō
munes cibos dedignatur. Iob. xl
Abſorbebit fluuium. glo. infide=
les ſeculares. et habet fiduciam
vt influat iordanis. id eſt bonus
religioſus in os eius. Item tem=
ptat quaſi vim īferendo. Iob. xxx
Inſidiati ſunt michi et preualue
runt. et non fuit qui ferret auxili
um. ſed rupto muro et aperta ia=
nua irruerūt ſuper me. Miles vel
rex aliquis vel dominus quando
amiſit caſtrum mittitur requirere
exercitum magnū. Sicut fecit pha
rao ad perſequenduꝫ filios iſrael
fugientes ab eo. Exodi. xiiij. Sic
facit diabolus contra penitenteꝫ
Gregorius. Quotidianis diſcimꝰ
experimentis eos qui cōuerti de=
liberant temptari a concupiſcen=
tia carnis acriꝰ. Aſſtringi graui
us in operibꝰ luti et lateris. qui
egyptum egredi. et pharaonem
fugere voluerunt. Ideo dicitur.
Luce. xi. Cum immūdus ſpiritus
exierit ab homine ⁊c̄. Tunc dicit
reuertar ad domum meam vnde
exiui. et vadit et aſſumit ſeptem
ſpiritus nequiores ſe. id eſt exerci
tum ſeptem vitiorum. Superbia
in exertitum diaboli vexillum por
tat. p̄s. Poſuerunt ſigna ⁊c̄. Gre
gorius. Euidentiſſimum ſignum

reprobozum eſt ſuperbia. et econ
tra electozum humilitas. quam
cum quis habeat in ſe. aperte co
gnoſcitur ſub quo rege militat.
Vnuſquiſqꝫ enī quendam titulꝫ
poztat operis quo facile dinoſci=
tur ſub cuius poteſtate ſeruiat re
ctoris. Inuidia ſagittas trahit de
trahendo alijs. Iheremie. ix. Ex=
tenderunt linguam ſuam: quaſi
arcum mendacij et non veritatis
lingua eozum dolum locuta eſt.
Ira q̄ſi funda lapides iactat blaſ
phemie et improperij. ij. Regū.
xvi. Semei maledicebat Dauid
mittens lapides aduerſus eum.
Sed iſte prius ſe percutit in capite
ꝙ̄ alium in veſte. Eccl'. xxvij. Qui
in altum mittit lapidem ſuper ca
put eius cadet. Accidia foſſatum
euacuat ab aq̄s gratie. Spiritus
enim triſtis exſiccat oſſa. Prou.
xvij. Iudith. vij. Holofernes fe=
cit precludi aque ductꝫ ne veni
ret in ciuitatem cordis ipſam leti
ficans. p̄s. Fluminis impetus le=
tificat ciuitatē dei. Auaritia foſ
ſata implet per terrenozꝫ cumu
lationem. Danielis. xi. Veniet rex
aquilonis et poztabit aggerem.
ſcꝫ diuitiarꝫ. et capiet vrbes mu
nitiſſimas. Multi videtur captio
nem ſuam multum diligere. qui
non ceſſant foſſatꝫ paupertatis
implere diuitias congregando.
Eccl'. viij. Multos perdidit au=
rum et argentum. Luxuria ignē
ſuccendit. Iob. xxxi. Ignis eſt vſ
qꝫ ad conſummationē deuorans
Hunc ignem poztant iuuenes la=
ſciui et ornati. Ioelis. ij. Ante fa
ciē eius ignis vorans. et poſt eū
exurens flamma. Gula ignem nu
trit et accendit apponendo ligna
cibariozum. iiij. Regū. xxv. Nabu
zardan ſuccendit domum domini.
pſalmiſta. Incenderunt igne ſan=
ctuarium tuum.

Modus reſiſtendi tēptationibꝫ.

Circa modum reſiſtendi
temptationibus. Notan
dum ꝙ temptatio diabo
li vincitur multis modis. Primo
reſiſtendo et maxime in principio
temptationis. Diabolus enī dū
paruulus eſt de facili occidi po=
teſt. Sicut ignis anteꝙ̄ creſcat
extingui poteſt. Et īfirmitas ante
ꝙ̄ radicetur ſanari poteſt. Grego
riꝰ. Si tēptationi in corde naſcen
ti feſtine nō reſiſtitur. eadem mo=
ra qua nutritur rozoboratur. Iaco
bi. iiij. Reſiſtite diabolo et fugiet
a vobis. Sicut reſiſteres aduerſa
rio corpozali anteꝙ̄ hereditatem
tuam vel res tuas amitteres: et
moztem corpozalem incurreres.
Sic ſpirituali reſiſtas ne moztem
eternam incurras. et theſaurum
gratie et virtutum et hereditatē
tuam amittas. Quia qui in vno
peccauerit: multa bona perdet.
Eccleſiaſtes. ix. Tene ludꝫ tem
ptationꝫ. quia ictu totus ludus
perditur. Et nota quomodo rem
uitandum ſit. ſicut remuitauit an
thonius quando vulneratus re=
dijt ad heremum. et tunc inuita=
uit demones. Et laurentius quā=
do ipſe dixit. Aſſatus ſum verſa



et mādu ca. quaſi diceret. Te inui
to de alio latere. Et tunc diabo=
lus ſtupefactus ludum dimittit.
ſicut dimiſit antonium. Eſtote er
go foztes in bello et pugnate cū
rc̄. Cum ergo tibi vanitatis cu=
piditas ſeu temptatio carnis of=
fertur. eſto velut delitioſus epu=
lato qui cibos immūdos ſeu nō
bene paratos vertit in faciem ap
ponentis. Sic cum indignatione
temptationes a te reijcies: quaſi
ſcutella ſua diabolum in fronte
percutiens. Item qui pannos ſu=
os comburit ſentit. ignem amo=
uet. et homo miſer ſentit ſe com=
buri igne concupiſcentie male et
luxurie et pedem mentis non re=
trahit. Bernardus abſcondi ig=
nē in ſinu meo exuſto iam latere
iam ſanie defluente. adhuc con=
ſulendum eſt vt excutiam illum.
Item vincitur per humilitatem.
Ipſa eſt que euadit oīs laque=
os diaboli. vt dictꝫ eſt antonio
Rete enī diaboli non capit piſci=
culos. id eſt humiles. Iuuat enī
deus eos in prelio. quia ei victo=
riam de omibus attribuūt. et ideo
non in ſe confidunt. p̄s. Cuſtodi=
ens paruulos dominus humilia=
tus ſum et liberauit me. Diabo=
lus enī vadit per montem ſuper=
bie. humiles per valles humili=
tatis. et ideo eos non inuenit. qꝛ
non vadunt per viam ſuam. Gre
gorius. Quotidie tela temptatio
num accipimus et nos contra il=
lum tela mittimus. ſi confuſi tri=
bulationibus humilia reſponde=
rimus. Item per orationem. Exo
di. xvij. Cum leuaret moyſes ma=
nus vincebat iſrael. Iudith. iiij.
Memozes eſtote ſerui dei moyſi
qui amalech non ferro pugnan=
do: ſed precibus ſanctis deuicit.
Plus enī valet vnus ſanctus orā
do ꝙ̄ innumeri peccatozes preli=
ando. ſicut dicit quedam gloſa.
Debet petere ſuccurſum a deo q̄
temptatur. ſicut faciunt obſeſſi
in caſtro. Item viri iabes miſerūt
ad ſaul pro ſuccurſu cum obſidiſ
ſet eos naas amonites: qui inter
pretatur ſerpens. ⁊ ſignificat dia
bolum. et habuerunt. i. Regū. xi.
Iſidozus frequens oratio vitioꝝ
impugnationem extinguit. Ab
his qui vigilant latrones diuer=
tunt. ſed dozmiētes ſpoliant. Sic
ab his qui vigilant in orationibꝫ
demones diuertunt. Vigilate er=
go et orate vt non intretis in tē=
ptationem. Mathei. xxvi. Item
per confeſſionem. In vitis patrū
dicitur qd̄ nichil ita confundit vir
tutem demonum. quomodo ſi q̄s
ſecreta immundarum cogitatio=
num reuelauerit ſanctis patribꝫ
Latrones fugiūt eos accuſantes
Sic demones confitentes. Ihero
nimus. Reuelata traditione fugi
et inimicus. Eccl'. xxvij. Qui reue
lat archana amici fidem perdit.
et poſt. Si nudaueris abſcōſa eiꝰ
non perſequeris poſt eꝫ. Qui er
go latrones. id eſt peccata in do=
mo ſua inuenit. id eſt in corde. de=
bet reuelare iudici confeſſori. Itē
vincitur per letitiam ſpiritualem

Dicit anthonius. Vna ratio eſt
vincendi inimicum. leticia ſpiri-
tualis. i. Regum. iiij. dixerunt phi
liſtijm. id eſt demones. Non fuit
tanta exultatio heri et nudiuſter-
tius. ve nobis venit deus in ca-
ſtrum. Exemplum de anthonio
quando circūfulſit eum lux et cō-
ſolatio ſpiritualis omnes demo-
nes fugierunt. Item per fugam
quantum ad temptationem car-
nis. i. Cor. vi. Fugite fornicatio-
nē. Sicut ioſeph qui relicto pal
lio fugit. Geneſis. xxxix. Luxuria
eſt ignis homo fenum vel ſtupa
Yſaie. xl. Omnis caro fenum. et
ſicut non eſt ſecurum fenum vel
ſtupam eſſe iuxta ignem. ſic ho-
minem iuxta mulierem. Item o-
uis naturaliter fugit lupum. et a-
uis accipitrem. et homo rationa
lis non fugit diabolum. nec mu-
lierem ſicut fugeret ſerpentem.
Eccl. xxi. Quaſi a facie colubri fu
ge peccatum. Item per fidem.
Hebreor. xi. Sancti per fidem vi
cerunt regna. Fides enim oſten-
dit homini penam eternam ſi vi
ctus fuerit. Gregorius. Soller-
ter inuigilandum eſt vt cum cul
pa blandiri inchoat. ad quod me
ritum mens trahatur agnoſcat.
Item oſtendit ei coronam eter-
nam. ſi vicerit. vnde Apocal. ij.
Eſto fidelis vſque ad mortem. et
dabo tibi coronam vite. Circa
quartum et vltimum nota ꝙ vti
litas temptationū multiplex eſt

Temptatio enim erudit. Eccl.
xxxiiij. Qui non eſt temptatus
pauca recognoſcit. Iudicum. iij.
He ſunt gentes quas dereliquit
dominus vt erudiret in eis iſrae-
lem ꝛc̄. Item humiliat. Grego-
rius. Dum vitia nos temptant
proficientes ī nobis virtutes hu
miliāt. Item hiebuſeū iſrael tol
lerat vt humana mens de ſe hu-
milia ſentiat dum minima non ſu
perat. Item negligentiam expel
lit. Cruda tegula ſi mittatur in
fluuium ſtatim diſſoluitur. cocta
non. Ita homo carnalis qui non
eſt igne temptationis decoctus.
Gloſa ſuper illud. p̄s. Proba me
domine ꝛc̄. tempta; dicit. quia ni-
ſi temptaret. negligentes eſſe-
mus. Item ſeruat. Gregorius.
Tunc bene interius cuſtodimur.
cum per diſpenſationem dei tolle
rabiliter temptamur. exterius a-
liquando vitijs. aliquando preſſu
ris. ij. Cor. xij. Ne magnitudo re
uelationū extollat me ꝛc̄. et nota
ꝙ paterfamilias nō dimittit bla
dum in campo. et vinum in vinea
quouſqꝫ putridum fit. ſed quouſ
qꝫ maturum. Sic et furnarius pa
nē in furno quouſqꝫ decoquatur
Sic deus hominem in tribulatio-
ne omnino non derelinquit. ſed
vſqꝫquo purgetur peccatū. No
uit deus pios de temptatione eri
pere. Item coronat. Iacobi. pri-
mo. Beatus vir qui ſuffert tem-
ptationem. quoniam ꝛc̄.



## De theſauro.

heſaurus multiplex di-
t ſtinguitur. Primus eſt
ſcientie vel doctrine qui
precioſior eſt auro et argento.
Prou. iij. Beatus vir qui inuenit
ſapientiam ꝛc̄. precioſior eſt cun-
ctis opibus ꝛc̄. Yſaie. xlv. Da-
bo tibi theſauros abſconditos vt
ſcias ꝛc̄. Mathei. xiij. Simile eſt
regnum celorum theſauro abſcō
dito in agro. Ager in quo the-
ſaurus iſte abſconditur xp̄us eſt
Col. ij. In ipſo ſunt omnes the-
ſauri abſconditi ſapientie ꝛ ſcien
tie dei. Numeri. xi. Aperies eis
domine theſaurum tuum fontem
aque viue vt ceſſet ꝛc̄. Secundus
theſaurus eſt anima precioſa in
corpore. ij. Cor. iiij. Habemus the
ſaurum iſtum in vaſis fictilibus.
id eſt in carne fragili. Theſaurꝰ
dicitur. q̄a precioſo ſanguine cri-
ſti redempta qui preualet omi au
ro. i. Petri. p̄mo. Non corruptibi
libus auro vel argento. Bernar-
dus. Totus mundus ad vnius
anime precium extimari non poſ-
ſet. Non enim pro toto mundo re
dimendo debiſſet ſe deus ad mor-
tem. qđ fecit pro anima homi-
nis. Quam ergo commutationem
dabis pro anima tua. qui pro mū
do das illam. Nonne pro ea a re-
galibus ſedibus filiuis dei deſcen
dit. vt eam liberaret a poteſtate
diaboli. Tertius eſt virginitas in
carne. Iob. xxxviij. Nunquid in-
greſſus es theſauros niuis aut
theſauros grandinis aſpexiſti.
Virginitas dicitur nix propter
candorem et frigiditatem. Ideo
comparatur lilijs. Canticor. ij.
Sicut lilium inter ſpinas ꝛc̄.
Grando dicitur propter motus
quos frequenter habet grauio-
res vt dicit. Ieronimꝰ. Quia li
bido in virginibus maiorem pa-
rit famen. dum dulcius eſtimat
quod neſcitur. Theſaurus dicitur
propter precioſitatem. Eccleſia-
ſtici. xxvi. Omnis ponderatio. ſcꝫ
cuiuſlibet rei temporalis. et quan
ticunqꝫ valoris ſit. non eſt digna
anime continentis. Non dicitur
corporis continentis ſed anime.
quia continentia corporis ſine cō
tinentia mentis parum prodeſt. ſi
cut habes infra capitulo de virgi
nitate. Quartus eſt gratia in
corde. vnde Prouerbiorum. xxi.
Theſaurus deſiderabilis. oleum
in habitaculo iuſti. id eſt gratia
in corde iuſti. Dicitur gratia ole
um. quia lenit cor et impinguat
per deuotionem. pſalmiſta. Im-
pinguaſti in oleo caput meum.
id eſt mentem meā leticia ſpūali.
repleuiſti. Dicitur theſaurus. q̄a
preualet omni auro et argento.

Proū·xxij·Super aurum ⁊ argen
tum gratia bona. verſus· Mūdis
centeris preit auro gratia plenis
Nota ſupra bona que dat gratia
Jocūditas eni cordis que ex gra
tia prouenit et puritate cōſciētie
eſt magnus theſaurus· Eccl'·xxx
Jocunditas cordis hec ē vita ho
minis et theſaurus ſine defectio
ne ſanctitatis· Quintus eſt virtu
tes in anima· Yſaie·xxxiij· Erit fi
des temporibus ſuis·diuitie ſalu=
tis ſapiētia et ſcientia et timor do
mini ipſe theſaurus eius· Job·iij
Quaſi effodientes theſaurū gau
dentqꝫ vehementer cum inuene=
rint ſepulcrum. Theſaurum effo
dere eſt defectus ad ſe humilian
dū conſiderare. Sepulcrū inuenit
qui vſqꝫ ad perfectam cognitio=
nem ſui venit vt ſibi faciat ſepul
crum· Ezechiel'·xx· Diſplicebitis
vobis in conſpectu veſtro ſuper
omnibus malis que feciſtis· Sex
tus eſt miſericordia ad proximuꝫ
Eccl'·xxix· Pone theſaurum tuuꝫ
in preceptis altiſſimi· id eſt i ope
ribus miſericordie/ ſecundum qđ
precipit altiſſimꝰ· Luce·xij· Ven
dite que poſſidetis et date elemo=
ſynam. Facite vobis loculos qui
non veteraſcunt theſaurum inde=
ficientem in celis· ſequitur et pro
derit tibi magis ꝙ aurum· ſcꝫ ab
ſconditum· Eccl'·xxix· Perde pe
cuniam propter fratreꝫ et amicū
tuum· ſicut perditur ſemen in ter
ra proiectum· Et ne abſcondas
ſub lapide in perditionem· ſcꝫ tu
am· Sicut ille qui dixit· Anima
mea multa bona habes poſita ⁊c̄
Luce·xij· vel in perditionem pe=
cunie. ſicut ille qui ſcripſit in pa=
riete· Hic ſunt· Et alius qui acce
pit ſcripſit· Hic non ſunt· ideo dici
tur Math·vi· Theſaurizate vo=
bis theſaurum in celo· vbi ⁊c̄· Si
cut ille qui dixit ſe nichil habere
niſi tercentum aureos quos dede
rat pauperibus· Septimus amici
tie vel caritatis. Eccl'·vi· Amicꝰ
fidelis protectio fortis. qui inue=
nit illum inuenit theſaurum· quo
vtatur tempore neceſſitatis. et in
fra· Amico fideli nulla eſt com=
paratio· et non eſt digna ponde=
ratio contra bonitatem fidei illiꝰ
quia amicus ſemper iuuat etiam
poſt mortem. Octauus eſt vita
eterna· Deut°·xxviij· Aperiet do
minus theſaurum ſuum/ optimū
celum quando dicet· Venite bene
dicti percipite regnum ⁊c̄· Ma=
thei·xxv· Hunc inuenit qui ven=
dit omnia que habet/ et emit a=
grum illum· Mathei·xiij· Vende
benter dicitur res emi i qua quis
nec falli poteſt nec dampnificari·
Tale eſt regnum celorum quātū
cunqʒ cōſtet· Prouerb·vlti· Con
ſiderauit agrum et emit illum· et
ſequitur· Guſtauit et vidit qm̄ bo
na eſt negociatio eius· Item deꝰ
multum oſtendit eternam vitam
vel gratiā valere et magnaʒ eſſe
quādo eam tam care vendit ami
cis quos nullo modo decipet· Pe
trus emit eā martirio crucis· Pau
lus amputatione capitis· et ſic de
alijs· Ipſe eni filius dei emit eaʒ
amicis ſuis effuſione ſanguis ſui
Magna ergo inſania videtur illi
qui credit ad melius forum ha
bere vinum ꝙ filius vel ſerui do
mus vel etiam patfamilias· Sic
qui paradiſum ad melius forum
vult habere ꝙ ſancti vel ipſe cri
ſtus· Luce·vltimo· Nonne opor
tuit criſtum pati ꝛc̄· Gregorius·
Quis ſanctoruʒ ſine tribulatione
coronatus eſt· facta precedentiuʒ
recolamꝰ ꝛ nō erunt grauia que
toleramus· Item ſi homo tantuʒ
laborat pro vita iſta que miſe
ria et fluida eſt· quātum deberet
laborare pro vita eterna· Augꝰ·
O amatores mundi non eſt requi
es vbi queritis eam· Beatam vi
tam q̄ritis in regione vmbre mor
tis· non eſt hic· quō ibi beata vi
ta vbi nec vita· Qr ſi amatis iſtā
miſeriā fluidamqʒ vitā· vbi cum
tanto labore viuitis· quātomagis
amare debetis illā beatā vitā vbi
nullū dolorez ſuſtinebitis· Si hō
tantum cauet ſibi a nociuis cibis
ꝑ vita temporali· quare non ꝑ vi
ta eterna· que per mala opera a
mittitur· Job·vi· Nunqđ poterit
guſtari quod guſtatū affert mor
tem· Item homo indigens omni
bono libēter quereret patriā vbi
bonis omib9 habundaret ſine fi
ne· hec eſt vita eterna· Judicum·
xviij· Da nobis dn̄e locuʒ in quo
nullꝰ rei eſt penuria· Deut°·viij·
Omniū rerū habundantia ꝑfrue
ris· Augꝰ· Cur per multa vaga
ris homūtio querēdo anime tue
et corporis tui bonū· Ama vnuʒ
bonū in quo ſunt oīa bona et ſuf
ficit· quid eni amas caro mea· qđ
deſideras anima mea· Ibi eſt q̄c
quid amatis· quicqđ deſideratis·
Si delectat pulcritudo· Fulge
bunt iuſti ſicut ſol i regno patris
eoꝝ· Abſalonis formoſitas ibi
eſſet deformitas· ꝛ tamen in toto
iſrael nō erat pulcrior illo· ita ꝙ
a planta pedis vſqʒ ad verticem
non erat in eo vlla macula· Cur
ergo queris pulcritudinē que ſi
cut flos marceſcit et cadit· et de
ſpicis illam que dabitur humili
bus ꝛ deſpectis· Phil·iij· Salua
torē expectamus qui reformabit
ꝛc̄· Si delectat velocitas· Certe
vbi voluerit ſpiritus ibi protinꝰ
erit corpus· Sicut ſol ſtatim cum
naſcitur in oriente· apparet in oc
cidente· Tunc ſaliet ſicut ceruus
claudus· vt dicitur· Yſa·xxxv· Si
libertas· Liberabit̄ creatura a ſer
uitute corruptionis in libertateʒ
glorie filioꝝ dei· Illa que ſurſuʒ
eſt iheruſalem libera eſt· Si care
emit aliquādo homo libertatem
temporalē quare non eternā vbi
mortua manꝰ non accipitur nec
ſenſus redditur· Si longa et ſalu
bris vita deſideratur· Ibi eterna
ſanitas· ꝛ vite eternitas· Ibi nul
lus moritur· quia nullꝰ ibi oritur
ſed iuſti in perpetuum viuent et
ſalus iuſtorum a domino· Ibi nul
lus intrinſecus morbus· nullus
extrinſecus· ſed ſūma in carne ſa
ni tas· i anima tota tranquillitas
quia criſtus erit vita tua· nec te ſe
nectus conſumit· Si ſatietas· p̄s·
Satiabor cū apparuerit gloria tua
Criſtus eni erit cibꝰ tuus ne eſu
rias· potus ne ſitias· Apocal·vij·
Non eſurient neqʒ ſitient ampli
us neqʒ ꝛc̄· Criſoſto· Ibi ſatiati
deſiderabimꝰ· ne ſatietas grauet
faſtidium· deſiderantes ſatiabi
mur ne cum anxietate faciat deſi
derium· In preſenti non ſatiatur
oculus viſu nec auris auditu im
pletur· Eccleſiaſtes primo· Sed
tunc implebitur in bonis deſideri
um tuum· Si melodia vel leticia
Vacabimus dei laudibus qui
erit omia in omibus vbi nec vlla

deſidia ceſſabit· nec vlla idigētia
laborabitur·p̄s·Sicut letantium
omniū habitatio eſt in te. Gau=
dium et leticia inuenientur in ea
et gratiarum actio et vox laudis
Si ſapientia vel cognitio. Ipſa
ſapientia oſtendit ſeipſam· tunc
cognoſcent a minimo vſqꝫ ad ma
ximū· Bernardꝰ. Cognoſcemus
patris potentiā·filij ſapientiā·ſpi
ritusſancti benigniſſimā clemen=
tiam. et ita habemus illius ſūme
trinitatis cognitionē. Criſoſto.
Quid eſt q̄d non ſciat qui ſcientē
omia videt. Joh̄·xvij. Hec eſt vi=
ta eterna vt cognoſcant te verū
deuꝫ et quē miſiſti ihm̄ xp̄m. Si
cōmunis amicitia vel dilectio. Di
ligent deuꝫ pluſ ꝙ̃ ſeipſos. Etiaꝫ
ſe inuiceꝫ tanꝙ̃ ſeipſos. Et deus
ipſos pluſ ꝙ̃ illi ſeipſos. Et tanta
vis caritatis omēs ſibi ſociat vt
quod in ſe non accipiat in alio ac
cepiſſe gaudeat. Si pax et cōcor
dia illis erit vna volūtas·ibi ni=
chil aduerſuꝫ·nec a ſeipſo nec ab
alio quis patietur·quia erit illis
omībus vna voluntas. Ideꝫ in il
la eterna patria vbi immortales
erimus nec prelia erunt vlla·nec
debita·ſed vera pax. Si potentia
queritur·et omnipotens erit qui=
libet volūtatis ſue. Nam ſicut po
teſt deꝰ quod vult per ſeipm̄ ita
poterunt illi quod volent p ſeip=
ſos. qꝛ ſicut nō aliud volent ꝙ̃ il
le·ita ille volet quicquid illi vo=
lent·et quo ille volet non poterit
non eſſe· Si diuitie diligūtur·Glo
ria et diuitie in domo eius· Fide=
les ſeruos ſuos ſupra multa con=
ſtituet·vt dicit̄ Math̄·xxv·Gre=
goriꝰ·Si vere diuites eſſe cupitis
veras diuitias amate· Pſa·xxxiij
Oculi tui videbunt iheruſalem ci
uitatē opulentam·Si honor. Ibi
erit verus honor qui nulli dene=
gabitur. nulli cōcedetur indigno
Immo filij vocabuntur·quia vbi
erit deus et ipſi. Volo pater vt
vbi ego ſuꝫ illic ſit ⁊ miniſter me
us· Joh̄·xij· Si ſecuritas· Viue=
rint cum omī tranquillitate ſecu=
ri·qꝛ iuſtoruꝫ anime in manu dei
ſunt ⁊c̄·Sapientie·iij·Bernardꝰ
O ciuitas celeſtis manſio ſecura
patria totū cōtinens quod dele=
ctat·populus ſine murmure·inco
le quieti· homies nullā indigen=
tiam habentes. O ꝙ̃ glorioſa di=
cta ſunt de te ciuitas dei. Si re=
quies. Ibi requies ſine labore.
Apocal̄·xiiij. Amodo iam dicit
ſpiritus vt requieſcant a labori=
bus ſuis·Si delitie vel volupta=
tes·Omēs delitie que ſunt in mū
do et erūt vſqꝫ in diem iudicij mi
nores ſunt reſpectu illius ſuaui=
tatis· quomō ſit vna gutta aque
reſpectu totiꝰ maris· Bernardꝰ
Tanta eſt iocunditas ⁊ ſuauitas
illius celeſtis patrie·ꝙ ſi non li=
ceret ibi eſſe niſi p vniꝰ hore mo=
ram omēs huius vite dies pleni
delitijs merito contemnerentur.
Cui comparata omis aliūde ſua
uitas dolor eſt. Omnis iocundi=
tas meror· omne dulce amarum.
omne odoriferum fedum. omne
quodcūqꝫ aliud delectari dici poſ
ſit moleſtū·cū dei bonitas i infini
tū excedat oēm bonitatē·Bern̄.



Si tanta inuenitur delectatio in
porticuncula creature ꝙ nō poteſt
homo ab ea ſeparari quanta erit
in ip̄o creatore·Si gutta inebriat
multomagis totus fons·Si diui=
ne bonitatis veſtigia tantum ha
bent ſuauitatis·q̄d habet ip̄e fōs
pietatis deus· Item ſolus odor q̄
datur ſanctis in preſentibꝰ valet
et delectat ꝙ̃ totum gaudiuꝫ hu
ius mundi·quid ergo erit de veri
tate dulcedinis· Aug̃· Quicquid
voles erit·et quicquid nolles nō
erit·Gregorius· Nichil exterius
quod appetatur·nichil interiꝰ q̄d
faſtidiatur·cor humanū indigēs
cor expertum erumnis·quantum
gauderes ſi in his omibꝰ habun=
dares· Dedignetur ergo fratres
vnuſquiſqꝫ veſtrū vltra velle ſer
uire peccato cui tanta ꝓmittun=
tur in celo· et multa alia que ocu
lus non vidit nec auris audiuit.
nec in cor homis aſcendit que p̄=
parauit dn̄s deus electis ſuis. vt
dicit̄·i· Cor·ij· Ad que pducere
dignetur· Qui viuit et regnat·p
omnia ſeculaſeculorum. Amen.

Explicit materia aurea et enu
cleata flos theologie nūcupata·
applicabilis ad ſermones per to=
tum annū tam de tēpore ꝙ̃ de ſan
ctis cum regiſtro thematum· et
tabula abcdaria omniū materia=
rum in libro preſenti cōtentaruꝫ.

Incipit tabula queſtionum.

In p̄ma dñica aduentus domi
ni eſt euangeliū. Cū appropinq̄ſ
ſet iheſus iheroſolimis ⁊c̄. Ma=
thei. xxi. In quo fit mētio de ad=
uentu xp̄i in carnem. dum dicitur
Dicite filie ſyon. Ecce rex tuꝰ ve
nit tibi ⁊c̄. Vnde pn̄t ſequētes q̄
ſtiones diſputari. Prima. Vtrꝫ
ꝓ redemptione generis humani
neceſſarium fuit deum incarnari.
Secūda. Vtrum ſi homo non
peccaſſet deus incarnatus fuiſſet
Tertia. Vtrum conuenientiꝰ fu
it filiū dei incarnari q̄ꝫ aliquā ali
am perſonam.
In dñica ſecūda eſt euangeli=
um. Erunt ſigna in ſole et luna.
Luce. xxi. In quo qꝛ tangit̄ ď ad
uentu xp̄i ad iudiciū. pn̄t diſputa
ri ſequentes queſtiōes. Prima.
Vtrum generale iudiciū ſit futu=
rum. Secūda. Vtrum omnes iu=
dicandi in iudicio videbunt filiuꝫ
hominis. id eſt xp̄m in forma hu
mana glorioſa iudicantem. Ter
tia. Vtrum ſigna que aſſignātur
in lectione euangelij p̄cedant iu
diciū. Quarta. Vtrum tempꝰ fu
turi iudicij poteſt determinate ſci=
ri ab aliquo homine.
In dominica tertia eſt euāge=
liū. Cū audiſſet Iohannes i vin=
culis opa chriſti. Math. xi. Cir=
ca qď occurrūt ſequentes queſti
ones diſputande. Prima. Vtruꝫ
beatus Iohannes baptiſta dubi
tauerit an xp̄us eſſet qui mitten=
dus fuit ſaluatoꝛ mundi. Secun
da. Vtrum xp̄us conuenienter re
ſpondit ad queſtionem Iohānis
cū ait. Dicite Iohanni. Ceci vi=
dent ⁊c̄. Tertia. Vtrum beatꝰ io=
hannes fuerit plus q̄ꝫ ꝓpheta.
In dñica quarta eſt euange=
lium. In illo tempe. Miſerūt iu=
dei a iheroſolimis ⁊c̄. Ioh. p°. cir
ca qď pn̄t diſputari ſequentes q̄=
ſtiones. Prima. Vtrum beatus
Iohannes bene reſpondit ad in=
terrogationem ſacerdotū et leui
tarꝫ querentiū. Tu quis es. Se=
cunda. Vtrum fuerit conueniēs
Iohānem baptizare. Tertia.
Vtrum conueniens fuit vt xp̄s i=
ter hoīes conuerſaretur.
In feri[illegible] quarta quatuoꝛ tem
porꝫ eſt i[illegible] euangeliū. Luc. p°.
Miſſus eſt angelus. Circa quod
queſtiones diſputādas quere in
feſto annūciationis Marie.
Feria ſexta eſt euangeliū. Ex
urgens Maria. Luce. p°. Diſpu
tanda ſup hoc quere in feſto vi=
ſitationis Marie.
In die ſabbati eſt euangeliū.
Anno. xv. Luce. iij. Venit ſcꝫ Io=
hannes in omnē regionem iorda
nis p̄dicans baptiſmū pn̄ie in re
miſſionem peccatorꝫ. Circa qď
venit diſputandum. Vtrum bap
tiſmus Iohannis conferebat ḡ=
tiam.
In vigilia Natiuitatis chriſti
eſt euangelium. In illo tpe. Cuꝫ
eſſet deſponſata mater iheſu ⁊c̄.
Math. p°. Circa quod multe q̄=
ſtiones diſputande venirent. int̄
quas ſunt hee que ſequūtur.
Prima. Vtrum xp̄s debuit de v̄
gine deſponſata cōcipi. Secūda

Vtrum inter Mariā ⁊ Joſeph
fuit pfectum matrimoniū. Ter
tia. Vtrum p̄dictū matrimoniū
fuit aliquando cōſumatū. Quar
ta. Vtrum xp̄us ſit dicendus cō-
ceptus de ſpū ſancto.

In die natiuitatis dn̄i ſunt tria
euangelia. et ita circa quodlibet
occurrunt queſtiones alique di-
ſputande. Circa p̄mum ſcʒ in illo
tempe. Exijt edictum. Luce. ij. ſe
quentes q̄ſtiones. Prima. Vtꝝ
xp̄o ſit attribuenda aliqua nati-
uitas tempalis. Secūda. Vtrū
ſm tempalem natiuitatē beata
virgo pōt dici matē xp̄i. Tertia
Vtrum conuenienti tempe ⁊ lo-
co xp̄us natus eſt. Circa euange
lium ſecūdum qd̄ in aurora legi-
tur in ſcd̄a miſſa ſcʒ In illo tem
pore. Paſtores loquebantur ⁊c̄.
Luce. ij. Poſſunt queri ea que ſe
quuntur. Primo. Vtrum cōue-
nienter paſtoribus p̄mo maniſe
ſtata ē natiuitas chriſti. Secun
do. Vtrum conferentia illa q̄ dici
tur. Maria erat conferens q̄ au-
dierat. fuerit cōferentia alicuius
dubitatiōis. Euangeliū in ter-
tia miſſa eſt. In p̄ncipio erat ver
bum. Joh̄. p̄mo. Circa quod pōt
diſputari ſequens queſtio. Vtrū
vera ſit iſta ꝓpoſitio Verbum ca
ro factum eſt ⁊c̄.

Circa dominicam infra octa-
uas natiuitatis dn̄i eſt euangeli-
um. In illo tempe. Erāt Joſeph
et Maria mater iheſu mirantes
⁊c̄. Luce. ij. Poſſunt diſputari ſe
quentes q̄ſtiones. Prima. Vtꝝ
ſit veꝝ ꝙ xp̄us ſit poſitus in rui-
nam multoꝝ. Secūda. Vtꝝ bea
ta Maria ita gladio cōpaſſionis
mortis chriſti fuerit pforata vt
vere martyr xp̄i appellari poſſit.

In feſto circumciſionis ē euā-
gelium. In illo tempore. Poſtq̄
conſumati ſunt ⁊c̄. Luce. ij. Cir-
ca quod poſſunt hec ſequeſtiōes
diſputari. Prima. Vtrum xp̄us
debuit circūcidi. Secūda. Vtruʒ
circumciſio nunc tp̄e gratie ceſſa
re debuit. Tertia. Vtrum conue
nienter nomen xp̄o fuit impoſitū
Iheſus.

In vigilia Epiphanie eſt euā
gelium illud. In illo tempe. De
functo herode ⁊c̄. Math̄. ij. Cir-
ca quod poteſt diſputari ſequēs
queſtio. Vtrum xp̄us conuenien
ter vocatur nazarenus.

In feſto Epiphanie eſt euan
gelium illud. Cum natus eſſʒ ihe
ſus. Math̄. ij. Circa qd̄ poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Vtrum natiuitas chri-
ſti fuit conuenienter per ſtellam
magis manifeſtata. Secunda.
Vtruʒ ſtella magis apparens fu
erit vna de celeſtibꝰ ſtellis. Tē
tia. Vtrum magi conuenienter ve
nerūt ad adorandū et venerandū
chriſtum.

In dn̄ica infra octauas Epi-
phanie eſt euangeliū. In illo tē
pore. Cum factus eſſet iheſus an
noꝝ. xij. Luce. ij. Circa qd̄ pn̄t di
ſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Vtrum xp̄us ſm aliquā
ſapientiam. ſiue ſcientiam ꝓfece
rat. Secūda. Vtrum xp̄us i gra
tia ꝓfecerat. Tertia. Vtrū xp̄s
aliquid ab hoibus dedicerat.

In octauis Epiphanie ē euā
gelium. Vidit Johannes Iheſū
⁊c̄. Johan. pᵒ. Poſſunt diſputari
ſequentes queſtiones. Prima.
Vtrum Johannes teſtimonium
reddens de xp̄o conuenienter di-
xit. Ecce agnus dei ⁊c̄. In q̄ innu
it ꝙ paſſio xp̄i ſit opata huma-
ni generis ſalutem p modum ſa-
crificij. Secūda. Vtrum conue-
nientius nominauit xp̄m agnum
dei q̄ꝫ aliquod aliud animal ſo-
litum ſacrificari. Tertia. Vtꝝ
xp̄us p̄ncipalius paſſus eſt ꝓ de
letione peccati originalis q̄ꝫ ac-
tualiū peccatoꝝ.

In octauis Epiphanie ſecun
dum vſum p̄dicatoꝝ legitur euā-
geliū de baptiſmo chriſti. ſcilicet
In illo tempe. Veit iheſus a ga
lilea ad iordanē ad Johannē vt
baptizaretur ab eo. Mathei. iij.
Poſſunt diſputari ſequentes q̄-
ſtiones. Prima. Vtrum conue-
niens fuit xp̄m baptizari. Secū
da. Vtrum conuenienter ſup xp̄ʒ
baptizatum celi apti ſunt. et ſpi-
ritusſanctus deſcendit ſicut colū-
ba. et vox patris audita eſt.

In dominica p̄ma poſt octa-
uas Epiphanie eſt illud euāge-
liū. In illo tempe. Nuptie facte
ſunt in chana galilee ⁊c̄. Johan
nis. ij. Circa qd̄ poſſunt diſputa-
ri ſequentes queſtiones. Pri̅a.
Vtrum xp̄us debuit miracula fa
cere. Secūda. Vtrum conueniē
ter xp̄us incepit facere miracu-
la in nuptijs. mutando aquam in
vinū. ita vt conuerſio aque in vi-
num fuit p̄mum miraculū p eum
factum. Tertia. Quis fuit ſpon
ſus in p̄dictis nuptijs.

In dominica ſecunda legitur
euangeliū. Cum deſcendiſſʒ Ihe
ſus de monte ⁊c̄. Math̄. viij. In
q̄ narrant̄ duo miracula. Vnum
de ſanatione leproſi. aliud de ſer-
uo centurionis. Circa quod poſ-
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Circa p̄mum querit̄. Vtrū
conueniens fuit ꝙ xp̄us leproſū
tangēdo ſanaret. Secūdo. Vtrū
ſit verum ꝙ ille leproſus iō poſt
q̄ꝫ fuit ſanatus iuſſus ē ire ad ſa-
cerdotem ad ſignificandū ꝙ mū-
datus a lepra peccati. p contritō
nem ſacerdoti teneatur ſe oſtēde-
re per confeſſionem. Tertio q̄-
ritur. Vtrum in xp̄o cadat admi-
ratio. Quarto. Vtrum verū fu-
it ꝙ non ſit inuenta tanta fides in
iſrael q̄nta in centurione.

In dominica tertia eſt euan-
gelium. In illo tempe. Aſcēden
te iheſu in nauiculā ⁊c̄. Math̄.
viij. Circa qd̄ veniunt diſputād̄e
ſequentes queſtiones. Prima.
Vtruʒ eccleſia vniuerſalis iuxta
gloſam per nauiculam deſigna-
ta tempeſtate alicuius tribulati
onis q̄nqʒ ita concutietur vt nau
fragiū patiatur. Secūda. Vtꝝ
fuit veꝝ ꝙ mare et venti obedi-
unt xp̄o.

In dominica. iiij. poſt octauas
Epiphanie eſt euangeliū. In il-
lo tempe. Dixit iheſus parabolā
hanc. Simile eſt factum regnū
celoꝝ homini ⁊c̄. Mathei. xiii.
Circa quod pn̄t diſputari ſequen

tes queſtiones. Prima. Utrum
diabolus ſuperſeminauerit ziza-
niam. id eſt hereſes in agro do-
minico. Secunda. Utrum he-
retici ſint eradicandi per mortem
de vita p̄ſenti.

In dominica. lxx. eſt euange-
liū. In illo tempe. Dixit Iheſus
pabolam hanc ꝛc̄. Mathei. xx.
Circa qd̄ poſſunt diſputari ſequē-
tes queſtiones. Prima. Utrum
omnes homines ad eternam bea-
titudinem a deo ſint vocati. Se-
cūda. Utrum requirantur aliqua
opera hominum ad beatitudinem
conſequendam a deo. Tertia.
Utrum omniū laborantium in vi-
nea domini ſit vnum remunerati-
onis p̄mium.

In dominica ſexageſime eſt
euangeliū. In illo tempe. Cū tur-
ba plurima ꝛc̄. Luce. viij. Circa
quod poſſunt diſputari ſequētes
queſtiones. Prima eſt. Utꝝ cō-
uenienter xp̄us vſus fuerit in p̄-
dicatione ſua pabolis.
Secūda. Utꝝ pabole ille chri-
ſti contineant veritatem ſm ſen-
ſum litteraꝝ.

In dominica quinquageſima
eſt euangelium. Aſſumpſit ihe-
ſus duodecim diſcipulos ꝛc̄. Lu-
ce. xviij. In quo p̄dicit diſcipulis
paſſionem ſuā. Circa qd̄ poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Utrum neceſſarium fu-
it xp̄m pati ꝓ humani generis li-
beratione. Secūda. Utrum cōue-
nienter elegit pati in iheruſalem
Tertia. Utrum conueniens fu-
it vt etiam pateretur a gentib9.

In dominica p̄ma ī quadrage-
ſima eſt euangeliū. In illo tem-
pore. Ductus eſt iheſus in deſer-
tum a ſpiritu vt temptaret̄ a dia-
bolo. Mathei. iiij. Et quia ī hoc
euangelio fit mentio de duobus.
de ieiunio / ꝛ temptatione chriſti
Poſſunt hee queſtiones diſputa-
ri. Prima. Utrum ad ieiuniū q̄-
drageſime omnes teneant̄. Se-
cunda. Utrum ieiunium quadra-
geſime debito tempe obſeruetur
Tertia eſt. Utrum cōueniēs fu-
it xp̄m a diabolo temptari.

In dominica ſecūda quadra-
geſime legitur euangeliū illud.
In illo tempe. Aſſumpſit Ihe-
ſus Petrum et Iohannē ꝛc̄. Ma-
thei. xvij. Circa qd̄ poſſunt diſpu-
tari ſequentes queſtiones. Pri-
ma. Utrum conueniens fuit chri-
ſtum tranſfigurari. Secunda.
Utrum conuenienter ibi ſunt in-
uenti teſtes tranſfigurationis.
Moyſes Helias et Petrus ꝛ Ia-
cobus et Iohēs. Tertia. Utꝝ
errauit Petrus dicens. Bonum
eſt hic nos eſſe. et petens tria ta-
bernacula fieri. Chriſto vnū. He-
lie vnum. et Moyſi aliud.

In dominica tertia quadrage-
ſime eſt euangelium. In illo tē-
pore. Erat iheſus eijciens demo-
nium ꝛc̄. Luce. xi. Circa qd̄ poſ-
ſunt hee queſtiones diſputari ſe-
quentes. Prima eſt. Utꝝ xp̄us
ſufficienter oſtendit ſe non in be-
elzebub ſed in virtute dei eijcere
demonia. Secūda. Utrum ſuffi-
ciens fuit illud argumentū chri-
ſti Si in digito dei eijcio demonia

ꝓfecto venit in vos regnum dei
id eſt xp̄s ſiue meſſias. ꝓmiſſus
in lege venit. Tertia eſt. Utrū
conueniens fuit q̄ carnem ſume-
ret de femina. quia dicitur. Bea-
tus venter ꝛc̄.

In Dominica quarta ē euan-
gelium. Abijt Iheſus trans ma-
re quod eſt tiberiadis ꝛc̄. Iohā-
nis. vi. Circa quod poſſunt diſpu-
tari hec. Primo. Utrum conue-
nienter xp̄us ſatiauit quinqȝ mi-
lia hominum de quinqȝ panibus
qui reperti ſunt apud quendā in
ſocietate. Secūdo. Utrum cōue-
nienter xp̄us ſaciauit quinqȝ mi-
lia hominum de panibus ordea-
cijs ꝛ nō d̄ tritico. Tertio. vtrū
chriſtus fuit verus ꝓpheta. ſicut
dicitur in euangelio.

In Dominica in paſſione eſt
euangelium. In illo tempe. Di-
cebat Iheſus turbis iudeoꝝ ꝛc̄.
Iohan. viij. Circa quod pn̄t di-
ſputari ſequentes queſtiones.
Prima eſt. Utrum chriſtus potu-
it redargui de aliquo peccato.
Secūda eſt. Utrum chriſtus de-
buit ſine offenſione iudeis p̄dica-
re. Tertia eſt. Utrum ſit veruȝ
q̄ Abraam vidit diem xp̄i.

In Dominica ramis palmaꝝ
legitur paſſio chriſti ſm Mathe-
um. xxvi. Circa quaȝ poſſunt hec
diſputari. Primo. Utrum alius
poſſibilis fuerit et conuenientior
modus liberationis humani ge-
neris. q̄ per paſſionem chriſti.
Secūdo. Utrū conuenient̄ xp̄s
tali die voluit cum regali hono-
re intrare iheruſalem.

In feria ſecūda legitur euan-
gelium. Ante ſex dies ꝛc̄. Iohā-
nis. xii. Circa quod poſſunt hec
diſputari. Primo. Utrum con-
ueniens fuit vt xp̄us ſuper caput
ſuum vnguentum tanti p̄cij ſupē
infundi permitteret. Secundo.
Utrum xp̄us conuenienter locu-
los cum pecunia ſecum portari ꝑ-
miſerat. Tertio. Utrum conue-
nienter loculos pecunie portan-
do Iude cōmiſerit.

In feria tertia legitur Paſſio
ſecūdum Marcū. xiiij. Circa quā
paſſionem poſſunt hee queſtio-
nes diſputari. Prima. Utrum
Petrus peccauit mortaliter ne-
gando chriſtū. Secunda. Utꝝ
poſtq̄ chriſtus p̄dixit Petruȝ ſe
negaturum fuit poſſibile Petrū
non negare chriſtum. Tertia.
Utrum omnes apoſtoli fugien-
tes capto xp̄o peccauerūt morta-
liter.

Feria quarta legitur Paſſio
ſcd̄m Lucam. xxij. Circa quā poſ-
ſunt diſputari queſtiones ſequē-
tes. Prima. Utrum Iudas ven-
dendo chriſtuȝ commiſerit ſymo-
niam. Secūda. Utrum peccatū
crucifigētium chriſtum fuit gra-
uiſſimum. Tertia. Utrum volū-
tas humana in chriſto aliud vo-
luerit q̄ deus voluerit.

In feria quinta die cene ē euā-
gelium. Ante diem feſtum paſ-
ce ꝛc̄. Iohan. xiij. Circa qd̄ poſ-
ſunt diſputari ſequentes queſtio-
nes. Prima. Utrum conuenien-
ter in die cene inſtitutum eſt ſa-
cramentum euchariſtie. Secun-

da. Vtrum conuenienter chriſtꝰ in die cene Jude ꝓditori tribuerit ſacramentum corporis et ſanguinis ſui. Tertia. Vtrum poſt buccellam intinctam a chriſto iu de porrectam diabolus intrauit i eum.

In feria ſexta in qua fit mentio de morte chriſti legitur Paſſio Johan. xviij. Circa quam poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum conueniēs fuit chriſtum mori. Secunda. Vtrum alia paſſio chriſti ſufficiſſz ꝙ mors ꝓ redemptione humani generis. Tertia. Vtrum conueniens fuit chriſtū cū latronibus crucifigi.

Sabbatho ſancto legit̄ euangeliū. Veſpere autem ſabbathi ꝛc. Mathei. xxviij. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum conueniens fuit chriſtum ſepeliri. Secunda Vtrum conueniens fuit vt chriſtus ad infernum deſcenderet. Tertia. Vtrum chriſtus totꝰ fuit in inferno.

In die reſurrectionis domini legitur euangelium. In illo tempore. Maria magdalena ꝛc. marci. xvi. Poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum neceſſarium fuit chriſtum reſurgere. Secunda. Vtrum conueniens fuit chriſtum tertia die reſurgere. Tertia. Vtrum totus ſanguis qui per eum fuſus eſt ꝓ humana redemptione ſit in reſurrectione reaſſumptus.

In die lune legitur euangelium. In illo tempe. Duo ex diſcipulis ꝛc. Luce. xxiiij. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima eſt. Vtrum conueniens fuit vt chriſtus in alia effigie diſcipulis appareret. Secūda. Vtrū conueniens fuit ꝙ xp̄s veritatem reſurrectionis ſue argumentis probauerit. Tertia. Vtrum argumenta que chriſtus induxit ſufficienter manifeſtauerint reſurrectionis eius veritatē.

Die Martis eſt euangelium. In illo tempe. Stetit Jheſus ꝛc Luce. vlt̄. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum conueniens fuit chriſtum reſurgere cum cicatricibus. Secūda. Vtrum chriſtꝰ cōuenienter palpabilem diſcipulis ſe exhibuit. Tertia. Vtꝝ chriſtus poſt reſurrectionez vere comedit incorporando ſibi cibum.

In octauis paſce eſt euangelium. In illo tempe. Cuz ſero eſſet die illo ꝛc. Johan. xx. Circa quod poſſunt dici ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum conueniens fuit vt chriſtus poſt reſurrectionem cum diſcipulis continue conuerſaret̄. Secūda. Vtrū chriſtus intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis. Tertia. Vtrum Thomaſ cicatrices xp̄i tetigerit vel tantum viderit.

In dominica p̄ma poſt octauas paſce eſt euangelium. In illo tempe dixit iheſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus ꝛc. Johan. x. Circa qđ p̄nt diſputari ſequentes queſtiōes. Prima Vtrum bonus paſtor chriſtꝰ poſuit aīam ſuā in p̄cium redemptōnis ꝓ ouibus ſuis. Secūda. vtꝝ bonus paſtor teneat̄ ponere animam ꝓ ouibus ſuis. Tertia. Vtrum licitū ſit paſtori perſecutionis tempe gregem ſuum relinquere.

In dominica ſecūda eſt euangelium. In illo tempe dixit iheſus diſcipulis ſuis. Modicū ꝛc. Johan. xvi. Circa quod p̄nt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum apoſtoli de morte chriſti debuerunt dolere et triſtari. Secūda. Vtrum gaudiuz de viſione chriſti in eterna beatitudine ſit auferbile ab apoſtolis.

In dominica tertia eſt euangelium. In illo tempe dixit Jheſus diſcipulis. Vado ad eum qui ꝛc. Joh̄. xvi. Circa qđ p̄nt hec diſputari. Primo. Vtrum expediebat diſcipulis vt xp̄us ſubtraheret p̄ſentiam corporalez ab eis Secūdo. Vtruz ſpirituſſanctus erit arguturus mundum de peccato et de iuſticia et de iudicio. Tertia. Vtrum plenitudo ſpirituſſancti debuit dari ante aſcenſionem.

In dominica quarta eſt euangelium. In illo tempe dixit iheſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo ꝛc. Johan. xvi. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Pria. Vtrum omnis qui petit a p̄re celeſti in nomine chriſti accipit qđ petit. Secūda. Vtrum ſit veruz ꝙ apoſtoli ante reſurrectionem chriſti nihil petierunt in nomīe chriſti. Tertia. Vtrum gaudiū ſpirituale poſſit i hac vita impleri.

In Rogationibus eſt euangelium. In illo tempe dixit iheſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum ꝛc. Luce. xi. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes queſtiones. Prima. Vtrum in iſtis rogationibus deus ſolus ſit orandus. an etiam alij ſancti. Secūda. Vtrum in oratione noſtra temporalia ſint petenda. Tertia. Vtruz ſit ſperandum ꝙ peccatores orando impetrent aliquid a deo.

In die aſcenſionis dn̄i ē euangelium. In illo tempe. Recumbentibus vndecim diſcipulis ꝛc. Marci. xvi. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum conueniens fuit chriſtum aſcendere in celuz. Secūda. Vtrum aſcenſio chriſti fuerit nob̄ vtilis et noſtre ſaluti fructifera. Tertia. Vtrum conueniat xp̄o ſedere ad dexteraz p̄ris.

Dominica infra octauas eſt euangelium. In illo tempe dixit Jheſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paclitus ꝛc. Johannis. xv. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiōes. Prima. vtꝝ ſpirituſſanctus ꝓcedat a patre et filio. Secūda. Vtrum ſp̄uſſanctus ſufficienter perhibuit teſtimonium de chriſto.

In die Penthecoſtes euange

lum eſt. In illo tempe dixit iheſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. et cetera. Johannis. xiiij. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utruꝫ ſpiritui ſancto conueniat viſibiliter mitti. Secūda. Utrum conueniēter miſſus ſit in linguis igneis. Tertia. Utrum verum ſit ꝙ ſpiritus ſanctus docuerit apoſtolos omnia.

In die ſancte trinitatis euangelium eſt. In illo tempe. Erat homo ex phariſeis ꝛc. Johannis iij. Circa quod diſputatum eſt in feſto ſancte crucis. ſed circa ipaꝫ feſtiuitatem poſſunt hec diſputari. Primo. Utrum ſit ponēdus numerus perſonaꝝ in diuinis. Secundo. Utrum ratione naturali poſſit cognoſci pluralitas perſonarum in diuinis. Tertio. Utrū hoc nomen deus pluraliter predicetur de tribus perſonis vt dicantur tres dij.

Dominica pᷓma poſt trinitatē eſt euangelium. In illo tempe dixit ihesus diſcipulis ſuis. Homo quidam erat diues ꝛc. Luce. xvi Circa hunc diuitem damnatum. poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utrum anima ſeparata poſſit ab igne corporeo cruciari. Secūda. Utrum anime damnatoꝝ videant gloriā beatoꝝ. Tertia. Utrum damnati vellent omnes alios eſſe damnatos.

In dominica ſecūda eſt euangelium. Homo quidam fecit cenam magnam ꝛc. Luce. xiiij. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes queſtiones. Prima. Utrum cena beatitudinis ſanctis preparata conſiſtat in bonis corpis. Secūda. Utrum occupatio et ſollicitudo reꝝ tēporalium hominem excludat a cena eterne beatitudinis. Tertia. Utrum homines peccatores ſint compellendi bonum facere.

In tertia dominica legiť euāgelium. Erant appropinquantes ad Iheſum publicani ꝛc. Luce xv. Cica quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utrum angeli gaudeant de peccatoribus penitentiam agentibꝰ Secūda. Utrum plus gaudeāt de vno peccatore agente penitentiam ꝙ̄ de nonagintanouē iuſtis qui non egent penitentia.

In dominica quarta eſt euangelium. Eſtote miſericordes ꝛc. Luce. vi. Circā quod poſſunt diſputari ſequētes queſtōes. Prima. Utrum miſericordia ad quaꝫ hortamur ſit maxima virtutum. Secūda. Utrū licitum ſit iudicare de alijs ex ſuſpitione.

In dominica quinta eſt euangelium. Cum turba irruerent in Iheſum ꝛc. Luce. v. Circa quod poſſunt hec diſputari. Primo. Utrum ad ſummum pontificē pertineant cauſe maiores in eccleſia Secūdo. Utrū retia pᷓdicatōis cōueniāt alijs eccleſijs ſine auctoritate pape.

In Dominica ſexta eſt euangelium. Niſi iuſticia veſtra habundauerit plus ꝛc. Math. Quinto. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utrum neceſſe ſit ad ingreſſum regni celoꝝ. ꝙ iuſticia fidelium habundātioꝛ ſit ꝙ̄ phariſeoꝝ. Secūda. Utrū conuenienter cum dicitur. Qui dixerit fratri ſuo fatue. reus erit gehenne ignis ꝛc. aſſignentur tres gradus ire. Tertia. Utrum recōciliatio fratris ſemper ſit facienda ante oblationem muneris ſiue ſacrificij.

In Dominica ſeptima ē euangelium. In illo tempe. Cū multa turba ꝛc. Mathei. viij. Poſſūt diſputari que in dominica quarta. xl. diſputata ſunt.

In dominica octaua eſt euangelium. Attendite a falſis prophetis ꝛc. Mathei. vij. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utrum cauendi ſint falſi ꝓphete. Secunda. Utrum ſufficiens argumentū ad cognoſcendum pᷓdictos lupos aſſignatur. cuꝫ dicitur. A fructibꝰ eoꝝ cognoſcetis eos. Tertia. Utrum ſimpliciter ex voluntate iudicanda ſit actio bona vel mala.

In Dominica nona eſt euāgelium. Homo quidam erat diues ⁊ cetera. Luce. xvi. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utrum pᷓlatus vel clericus diſſipās bona eccleſie ſit deponendus. Secūda. Utrum cōuenienter dētur pecunie ſiue elemoſyne vt oꝛetur pro dante. Tertia. Utrū de illicite acquiſitis poſſit fieri elemoſyna.

In Dominica decima eſt euāgelum. In illo tempe. Cum appropinquaret Iheſus. Luce. xix. Poſſunt hec queſtiones diſputari. Prima. Utruꝫ per ſacraꝫ ſcripturam poteſt oſtendi ꝙ aduentus meſſie. id eſt chꝛiſti in carnanem aduenerit. Secunda. vtrū iudei tempus viſitationis ſue. id eſt aduentus chꝛiſti cognouerūt Tertia. Utrum ſymoniaci tam vendentes ꝙ̄ ementes ſpiritualia ꝓ temporalibus ſint ab eccleſia expellendi.

In Dominica vndecima ē euāgelium. In illo tempoꝛe. Dixit Iheſus ad quoſdam ꝛc. Luc. xviij. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Utrum phariſeus in oꝛatiōe ſua venit merito condemnandꝰ. Secūda. Utrū publicanus in oꝛatione ſua formam conuenienter dederit iuſtificationis impij.

In Dominica duodecima eſt euangelium. Exiens Iheſus de finibus tyri ꝛc. Marci. vij. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes queſtiones. Prima. Utrum conuenienter xpus circa hunc ſurdū et mutuꝫ de quo in euangelio miraculum fecit. Secūda. Utrum illi homines facientes cōtra pᷓceptum chꝛiſti publicando miraculū peccauerunt.

In Dominica tredecima ē euāgelium. In illo tempe dixit iheſus diſcipulis ſuis. Beati oculi q̄ vident que vos videtis ꝛc. Luce x. Circa quod pn̄t diſputari ſeqn

tes queſtiones. Prima. Vtrum ſit verum quod dictum eſt apoſtolis. ſcꝫ Beati oculi qui vident que vos videtis. Secūda. Vtrū in ſtatu vie deus immediate poſſit a nobis amari. Tertia. Vtrū modus de diligendo deū toto corde ⁊c̄. qui multiplicatur in precepto p̄dicto poſſit in via ſeruari.

In Dominica decimaquarta eſt euangeliū. Dum iret ihesus in iheruſalem ⁊c̄. Luce. xvij. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes queſtiones. Prima. Vtrum ad ſanandum lepram peccati ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti. Secūda. Vtrum nouem leproſi non reddentes gratias chriſto de eoꝝ curatione peccauerunt mortaliter.

In Dominica. xv. eſt euangelium. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire ⁊c̄. Mathei ſexto. Circa quod poſſunt hec diſputari. Primo. Vtrum homo poteſt duobus dominis ſeruire. Secundo. Vtrum poteſt quis deū odio habere. Tertio. Vtrum omnis ſollicitudo tempalium ſit prohibita.

Dominica. xvi. eſt euangeliū. Ibat Ihesus in ciuitatem q̄ ⁊c̄. Luce. vij. Circa quod mouetur tale dubium. Vtrum hoc miraculum quo reſuſcitauit filiuꝫ vidue fuerit ſufficienter oſtenſiuū diuinitatis chriſti ſiue ꝙ xp̄us eſſet verus deus.

In Dominicā. xvij. eſt euangelium. Cum intraſſet ihesus domum ⁊c̄. Luce. xiiij. Circa qd̄ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum appetere p̄lationem ſit peccatum. Secunda. Vtrum ambitio ſit peccatum

In Dominica. xviij. eſt euangelium. Audientes pharisei ⁊c̄. Mathei. xxij. Circa quod poſſūt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum de caritate fuerint danda duo p̄cepta. Secunda. Vtrum homo ex caritate debeat diligere ꝓximum plus ꝙ̄ ſe ipſum. Tertia. Vtrum chriſtꝰ ſufficienter ꝓbauit phariſeis in ſe habere diuinam naturam dicens. Quomodo ergo Dauid in in ſpiritu vocat eum dominū.

In Dominica. xix. eſt euangelium. Aſcendens ihesus in nauiculam. Math. ix. Circa qd̄ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum chriſtꝰ ſm qd̄ homo habuit poteſtatem dimittendi peccata. Secūda. vtrū a chriſto fuerit aliqua poteſtas collata miniſtris eccleſie ad expulſionem vel remiſſionem peccati. Tercia. Vtrum eque facile ſit paliticum curare ⁊ peccata dimittere.

In Dominica. xx. eſt euangelium. Dicebat ihesus turbis iudeoꝝ ⁊c̄. Mathei. xxij. Circa qd̄ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum patē celeſtis fecit nuptias filio quando nature humane coniunxit. Secunda. Vtrum caritas ſit veſtis nuptialis. Tertia. Vtrum non habens veſtem nuptialem ſcilicet caritatem finaliter ꝓijciatur i tenebras exteriores. vbi erit fletus et ſtridor dentium.

In Dominica. xxi. eſt euangelium. Erat quidam regulus. Johan. iiij. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum regulus iſte cuiꝰ filius infirmabatur iuſte fuit rep̄henſus a chriſto dicente. Niſi videritis ſigna et ꝓdigia non credetis. Secūda. Vtrum miraculum hoc ſit idem cuꝫ miraculo illo de quo ſcribitur. Math. viij. de cēturionis ſeruo ſanato a xp̄o Tertia. Vtrum hora ſeptima q̄ filius reguli ſanatus eſt a febre aliquid ſignificet in ſpirituali curatione anime a febre peccati.

In Dominica. xxij. eſt euangelium. Simile eſt regnum celorum ⁊c̄. Mathei. xviij. Circa qd̄ poſſunt hec diſputari. Primo. Vtrum ſeruꝰ ille cui dimiſſa fūt a domino decem milia talentoruꝫ peccauit petendo a conſeruo ſuo centum denarios. Secūda. vtrū per ingratitudinem redierīt peccata p̄us dimiſſa. Tertia. Vtꝛ tanta poteſt cōtritio in aliquo eſſe vt omne debitum a deo ſibi dimittatur.

In Dominica. xxij. eſt euāgelium. Abeuntes pharisei ⁊c̄. Mathei. xxij. Circa quod poſſūt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum ceſari ſiue principi. ſeculari ſit cenſus dandus. Secūda. Vtrū omnes teneamur ad ſacrificia deo offerenda. Tertia. Vtrum xp̄us conuenienter rep̄henderit phariſeos interrogātes eum. Si licet cenſum dare ceſari dicens eis. Cur me temptatis ⁊c̄.

In Dominica. xxiiij. eſt euangelium. Loquente Ihesu ⁊c̄. Math. ix. et qꝛ in euangelio fit mentio de duobus miraculis. pōt diſputari de vtroqꝫ. Circa p̄mū Vtrum ſine tactu diuine gratie poteſt anima reſuſcitari de morte peccati. Secūdo. Vtrum tactus ſiue infuſio gratie precedat expulſionem peccati. Circa ſecūdum. Vtrum conuenientius attribuatur fidei opatio miraculorum ꝙ̄ alteri virtuti.

Explicit tabula de tempe.
Sequitur tabula de ſanctis.

Sequitur tabula de ſanctis.

In feſto beati Andree ē euā=gelium. Ambulans Jheſus ⁊c. Math. iiij. Circa qđ poſſunt di=ſputari ſequentes queſtiões. Prima. Vtrum conuenienter vo cauit ad p̄dicationis officiū petꝝ et andream et iacobum zebedei ⁊ iohannem. Secūda. Vtruꝫ opoꝛ teat ſequentibus xp̄m omnia tē=poralia relinquere. Tertia. vtrū beatus Andreas et alij qui ſecū ſunt vocati hac vocatione fuerit vocatus ad apl'atum.

In feſto beati Nicolai ē euan gelium. Sint lumbi veſtri p̄cin=cti ⁊c. Luce. xij. Circa qđ venit di ſputandum hec queſtio. Vtꝝ beatus Nicolaus ſic lucernas ar dentes. id eſt ſanctoꝝ opum per fectionem habuit in manibꝰ ſu=is vt credatur a cunabilis in ba=ptiſmo vltra cōmunem legeꝫ ſpe cialem effectum gratie ſuſcepiſ ſe.

In feſto beati Thome apoſto=li eſt euangeliū. Thomas auteꝫ vnus ex. xij. ⁊c. Johan. xx. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes queſtiones. Prima. Vtrū fides ſit de viſis. Secūda. Vtruꝫ tho mas de neceſſitate ſalutis tene=batur apparente ſibi dn̄o et dicē=te. Thoma ⁊c. confiteri fidem di uinitatis et humanitatis in chri ſto. Tertia. Vtrū credere his q̄ non vidimus ſit laudabile.

In feſto beati Stephani ē euā gelium. In illo tempe dixit Jhe ſus turbis iudeoꝝ ⁊c. Math. xx= iij. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones. Prima. Vtrum conuenienter xp̄us miſit ad iudeos p̄phetas. ſcribas. et ſa pientes. ſciens et p̄dicens eos oc cidēdos p iudeos. Secūda. vtꝝ Stephanus in hac vita viuēs vi dit deū p eſſentiam.

In feſto beati Johannis euā geliſte eſt euangeliū. Dixit ihe=ſus Petro ⁊c. Johan. vlti. Cir=ca quod poſſunt diſputari ſequē tes queſtiones. Prima. Vtrum xp̄us plꝰ dilexit Johannē q̄ Pe trum. Secūda. Vtrum beatꝰ Jo hannes fuerit mortuus.

In feſto Innocentum ē euan geliū. In illo tp̄e. Angelꝰ appa=ruit in ſomnis Joſeph ⁊c. Ma=thei. ij. Circa quod poſſunt hec diſputari. Primo. Vtrum In=nocentes veraciter dicantur mar tyres chriſti. Secūdo. Vtrū ba ptiſmus ſanguinis ſuppleat defe ctum baptiſmi aque.

In feſto ſancti Thome cantu arienſis eſt euangelium. Niſi gr̄=num frumenti ⁊c. Johan. xij. Cir ca quod poſſunt diſputari ſequen tes queſtiones. Prima. Vtruꝫ Thomas archiepiſcopus cantu=arienſis miniſtrauerit chriſto re=petendo res eccleſie ſue cuꝫ ſcan=dalo regis anglie. Secūda. vtꝝ ſanctus Thomas in hac admi=niſtratiōe ſubeūdo mortem me=ruit a celeſti patre corona mar=tyrij honorificari.

In feſto beati Silueſtri ē euā geliū. Hō q̄dā pegre ⁊c. math. xxv. Circa qđ p̄nt diſpu. ſe. q̄ſtō. Prima. Vtrū beatus ſilueſter quinqꝫ talenta ſibi a deo data ita lucris multiplicauit vt meruit i=trare in gaudium beatitudis eter ne. Secūda. Vtrum de negligē=tia multiplicandi talenta ſibi da ta a deo merito veniat quis dam nandus.

In feſto ſancte Agnetis euā gelium eſt. Simile eſt regnū ce=loꝝ ⁊c. Mathei. xxv. Poſſunt di ſputari queſtiones ſequentes. Prima. Vtrum beata Agnes ab hoc q̄ eſſet vna de numero pru=dentium virginū habuit neceſſe i vaſe conſcientie ſue portare cari=tatis oleum. Secūda. Vtrū bea ta Agnes fuerat chriſto deſpon=ſata.

In feſto beati Vincentij mar tyris eſt euangelium. Niſi gra=num ⁊c. Johan. xij. Circa qđ poſ ſunt diſputari ſequentes queſtio nes. Prima. Vtrum quis poſſit abſqꝫ caritate perfecta marty=rio ſe offerre. Secūda. Vtrum beatus Vincentius ſic miniſtra=uerit xp̄o fortiter vſqꝫ ad morteꝫ p eius fide certādo vt a patre ce leſti meruerit honorificari ſpecia li corona glorie: que dicitur aure ola.

In conuerſione ſancti Pauli ē euangelium. Dixit Simon Pe trus ad Jheſum. Mathei. xix. Circa quod poſſunt diſputari ſe=quētes queſtiōes. Prima. Vtꝝ Paulus ſit ſeſſurus cum chriſto ad iudicandum. Secūda. Vtruꝫ conuenienter iudiciaria poteſtas reſpondeat voluntarie pauperta ti. Tertia. Vtrum p̄miſſio q̄ ſe=quitur in euangelio ſit conueni=ens qua dicitur q̄ omnis ⁊c. Quarta. Vtrum. conuerſio Pau=li fuit miraculoſa.

In feſto Purificationis Ma=rie eſt euangelium. In illo tem=poꝛe. Poſtq̄ ipleti ſunt dies pu=gationis. Luce. ij. Circa qđ poſ=ſunt diſputari ſequentes queſtio nes. Prima. Vtrum conuenien ter chriſtus in templo fuit obla=tus. Secūda. Vtrum conueniē=ter beata Maria mater de pur=ganda ad templū acceſſit.

In feſto beate Agathe euā=gelium eſt. Simile eſt regnū ce=loꝝ ⁊c. Mathei. xiij. Circa quod poteſt diſputari ſequens queſtio Vtrum beata Agatha p emen=da margarita celeſtis glorie pru denter egit dando omnia que ha buit.

In Kathedra ſancti Petri eſt euangeliuꝫ. Venit iheſus in par tes ⁊c. Math. xvi. Circa qđ poſ=ſunt diſputari ſequentes queſtō nes. Prima. Vtrum confeſſio il la Petri de xp̄o. Tu es chriſtus filius dei viui. p̄mo audita eſt ab oꝛe Petri. Secūda. Vtrū xp̄us confeſſionem illam Petri conue nienter remunerauit dicendo. Tu es Petrus ⁊c. Tertia. Vtrum ſedes Petri poſſit de roma tranſ=ferri in aliam p̄uintiam.

In feſto Mathie apl'i ē euā geliū. Cōfiteoꝛ tibi patē celi ⁊c. Math. xi. Circa qđ p̄nt diſputa ri ſequentes queſtiones. Prima ma. Vtrum beatus Mathias

per virtutez hūilitatis meruit vt
a patre celeſti reuelaretᷓ ſiue oñ
deretur ad apl'atum aſſumendus
Secūda. Vtrum Mathias no=
uit filium dei. Tertia. Vtrū me=
lior ſit ſemꝑ eligendus ad digni=
tatem eccleſiaſticam.

In feſto beati Thome de aq̇=
no aliqui legūt euangeliū. Vos
eſtis ſal terre ⁊c̄. Mathei. v. Cir
ca quod poſſunt diſputari ſequen
tes queſtiones. Prima. Vtrum
doctoribus aureola debeatur i re
gno celoꝝ. Secūda. Vtrum p̄=
dicator vel doctor teneatur face
re quod dicitur ex preſenti euan=
gelio.

In feſto ſancti Gregorij eſt
euangelium. Vigilate ergo q̇a
neſcitis ⁊c̄. Mathei. xxiiij. Circa
quod poſſunt diſputari ſequētes
queſtiones. Prima. Vtrum me
lius facit qui conſentit electioni
canonice de ſe facte ꝙ qui eaȝ re
cuſat. Secūda. Vtrum p̄cib⁹ be
ati Gregorij fuit liberatus Traia
nus de penis inferni. Tertia.
Vtrum ſtat cum pfectione pa=
patus poſſidere quaſi ꝓprias di=
uitias aut facultates terrenas.

In feſto beati benedicti ē euā
gelium. Nemo accendit lucernā
⁊c̄. Luce. xi. Circa quod poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Vtrum beatus Benedi
ctus lucernam accendens regu=
le monachalis et ponens eam ſu
per candelabꝝ eccleſie conueni=
entius inſtituit monachos in ſo=
cietate viuentes ꝙ ſolitariam vi
tam agentes. Secūda. Vtrum
beatus Benedictus i viſiōe qua
vidit totum mūdum. diuinā eſſen
tiam viderit.

In feſto annunciationis domi
nice eſt euangelium. Miſſus eſt
angelus ⁊c̄. Luce p̄mo. Circa qđ
poſſunt diſputari ſequentes que=
ſtiones. Prima. Vtrum fuit ne
ceſſarium annunciari virgini con
ceptio filij dei. Secūda. Vtrum
beate virgini debuit fieri annun=
ciatio per angelū. Tertia. Vtꝝ
annunciatio fuerit conuenienti or=
dine pfecta.

In feſto beati Ambroſij eſt
euangelium. Vigilate ⁊c̄. Ma=
thei. xxiiij. Circa quod poſſunt di
ſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Vtrum liceat iniunctum
epiſcopatuȝ omnino refutare vl'
omnino remitti canonice electioni
vel ꝓmiſſioni de ſe facte. Secū=
da. Vtrum fidelis ſeruus et pru=
dens quem conſtituit domin⁹ ſu=
per familiam ſuam. peccet mor=
taliter ſi bona eccleſiaſtica q̄ pro
curat non largiatur pauperibus
Tertia. Vtrum Ambroſius be
nefecit excommunicando impera
torem.

In feſto beati Vincentij ma=
giſtri in theologia eſt euangeli=
um. Nemo accendit ⁊c̄. Luce. xi.
Circa quod poſſunt diſputari ſe=
quentes queſtiones. Prima.
Vtrum doctus religioſus de or=
dine mendicantium cum perfecti
onis ſtatu poſſit gradum magi=
ſtralez ſuſcipere. Secūda. Vtrū
pōt ſciri tempus aduentus chri=
ſti ad iudicium.

In feſto Marci euangeliſte
eſt euangeliū. Ego ſum vitis ve
ra ⁊c̄. Johan. xv. Circa quod poſ
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Prima. Vtrum quis fidel'
potuerit fructum aliquem affer=
re i p̄ſenti vita niſi in xp̄o vite ve
ra manſerit per fidem et caritatē
non fictam. Secūda. Vtrum be
atus Marcus conuenienter intē
euangeliſtas figura leonis ſit de
ſignatus. Tertia. Vtrum licituȝ
fuit ſancto Marco ſibi amputa=
re digituȝ! vt ſacerdotio indign⁹
haberetur.

In feſto beati Petri martyris
de ordine p̄dicatoꝝ eſt euangeli=
um. Si quis vult poſt me venire
⁊c̄. Math. xvi. Circa qđ poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Vtrum ad conſecutio=
nem eterne beatitudinis ſit nece
ſe abnegare ſemetipſum et tolle
re crucem ſuaȝ et ſequi xp̄m. Se
cūda. Vtruȝ beatus Petrus mar
tyr dicatur triplici aureola dota=
tus.

In feſto apoſtoloꝝ Philippi
et Jacobi eſt euangelium. In il
lo tempe dixit ⁊c̄. Non turbetur
cor veſtrum. ⁊c̄. Johan. xiiij. poſ=
ſunt diſputari ſequentes queſtō
nes. Prima. Vtrū explicite cre
dere miſterium incarnationis xp̄i
ſit de neceſſitate ſalutis. Secun=
da. Vtrum credere explicite tri=
nitatem diuinaꝝ perſonaꝝ ſit de
neceſſitate ſalutis. Tertia. Vtꝝ
pōt cognoſci vna diuinaꝝ perſō=
naꝝ nō cognita alia.

In feſto Inuentionis ſancte
crucis eſt euangelium. Erat ho=
mo ex phariſeis ⁊c̄. Johan. iij.
Circa quod poſſunt diſputari ſe=
quentes queſtiōes. Prima. vtꝝ
fuerit cōueniens compatio. cuȝ
dicitur. Sicut Moyſes exaltauit
ſerpentem in deſerto. ita oportet
exaltare filium hominis. Secū
da. Vtrum ſit verum ꝙ nemo aſ=
cendit in celuȝ! niſi qui deſcendit
de celo. filius hominis qui ē in ce
lo. Tertia. Vtrum crux xp̄i ſit
adoranda adoratione latrie.

In feſto beati Johannis an=
te portam latinam eſt euange=
lium. Dixit Jheſus Petro. ſe=
quere me ⁊c̄. Johan. xxi. Circa
quod poſſunt diſputari ſequētes
queſtiones. Prima. Vtrum bea
tus Johannes ſuꝑ pectus domi
ni recumbens tantum inde ſapiē=
pientie ſuxit. vt in figura aquile
meruit inter euangeliſtas deſig̃=
ri. Secūda. Vtrū beatus Johā=
nes inter martyres debeat cōnu=
merari.

In feſto beati Barnabe apo=
ſtoli eſt euangelium. Hoc eſt p̄=
ceptum meuȝ ⁊c̄. Johannis. xv.
Circa quod poſſunt diſputari ſe=
quentes queſtiōes. Pria. Vtrū
maiorem dilectionez poteſt quis
hr̄e ꝙ mori ꝓ amicis ſuis. Se=
cūda. Vtrum beatus Barnabas
moriendo ꝓ xp̄o fecerit actū ma
xime perfectionis.

In feſto bti Johis baptiſte ē
euāgeliū. Elizabeth impletū eſt
tempus ⁊c̄. Luce p̄mo. Circa qđ
pn̄t diſputari ſequentes q̄ſtiōes.

Prima. Vtrum conuenienter im
poſitum eſt ei nomē Johannes.
Secūda. Vtrum ſit verum ꝙ i=
ter natos mulieꝝ nō ſurrexit ma
ioꝛ Johanne baptiſta. Tertia.
Vtrum ſit in vtero matris ſancti
ficatus.

Jn feſto Johannis et Pauli
eſt euangeliū. Attendite a fer=
mento ꝛc. Luce. xij. Circa qđ poſ
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Prima. Vtrum ypocriſis ſit
peccatū moꝛtale. Secūda. Vtrū
timere eos qui occidūt coꝛp⁹ ſit
peccatū moꝛtale.

Jn feſto Petri apoſtoli ē euā
geliū. Dixit Jheſus Simoni pe
tro ꝛc. Joh. vlt. Circa quod poſ=
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Prima. Vtrum Petrus a
xp̄o inſtitutus ſit caput eccleſie.
Secūda. Vtrum Petr⁹ poteſta
te clauiū potuit peccata remitte
re. Tertia. Vtrum Petrus pote
ſtate clauiū potuit indulgentiaȝ
largire debitaꝝ penaꝝ.

Jn feſto commemoꝛatiōis ſā=
cti Pauli eſt euangelium. Dixit
Petrus ad Jheſum. Math. xix.
Poſſunt diſputari ſequentes que
ſtiones. Prima. Vtrum Paul⁹
in raptu viderit diuinam eſſentiā
Secūda. Vtrum Paul⁹ in rap=
tu ignoꝛauerit an eius anima a
coꝛpe fuit ſepata.

Jn feſto Viſitatiōis beate ma=
rie virginis eſt euangeliū. Exur=
gens Maria ꝛc. Luce. p°. Poſ=
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Prima. Vtrum beatus Jo
hannes in vtero exiſtens exulta
uit ad p̄ſentiam dn̄i. Secunda.
Vtrum beata virgo audita exul=
tatione Elizabeth conuenienter
in gratiaꝝ actionē cantauit Ma=
gnificat anima mea dn̄m.

Jn feſto beate marie Mag=
dalene eſt euangeliū. Jn illo tē=
poꝛe. Rogabat Jheſum quidam
ꝛc. Luce. vij. Circa quod poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones.
Prima. Vtrum iſta mulier de
qua hic in euangelio fit mentio.
fuerit maria Magdalena ſoroꝛ
Lazari. Secūda. Vtrum maria
Magdalena aut quis alius po=
tuerit ſine penitentia cōſequi re=
miſſionem peccatoꝝ.

Jn feſto beati Jacobi apoſto
li eſt euangeliū. Jn illo tempoꝛe
Acceſſit ad Jheſum ꝛc. Math.
xx. Circa quod pn̄t diſputari ſe=
quentes queſtiōes. Primo pōt
diſputari. Vtrum ipſe et frat̄ ei⁹
peccauerunt peccato ambitiōis.
petentes a chꝛiſto mediante ma
tre vt in regno ſuo ſederēt vnus
adextris et alius a ſiniſtris. Jſta
queſtio expedita eſt ſup̄ domini=
ca. xvij. poſt trinitatis. Sed nunc
potuerunt hec diſputari. Pri=
ma. Vtruȝ conuenienter dicatur
de beato Jacobo ꝙ ſit lux et de=
cus hiſpanie. Secūda. Vtrum
oꝛet in celo ꝓ omnibus qui ei⁹ vi
ſitant ſepulchꝛum ſiue locū.

Jn feſto beati Dominici inſti=
tutoꝛis oꝛdinis p̄dicatoꝝ eſt euā=
gelium. Vos eſtis ſal terre ꝛc.
Mathei Quinto. Poſſunt di=
ſputari ſequentes queſtiones.
Primo. Vtrum beatus domini=
cus conuenienter religionem in=
ſtituit ad p̄dicandum vel confeſ=
ſiones audienduȝ. Secūdo. vtꝝ
beatus Dominicus conuenientē
inſtituit religionem que litteraꝝ
ſtudio inſiſteret.

Jn feſto ſancti Laurentij eſt
euangelium. Niſi granuȝ ꝛc. Jo=
han. xij. Circa qđ poſſunt diſpu=
tari ſequentes queſtiones. Pri
mo. Vtrum Laurentius hebēdo
odio animam ſuam in hoc mun=
do cuſtodiuit illam in vitaȝ eter
nam. Secūdo. Vtrum martyriū
beati Laurentij fuerit act⁹ maxi=
me virtutis foꝛtitudinis.

Jn feſto aſſumptionis beate
Marie eſt euangeliū. Jntrauit
Jheſus ꝛc. Luce. x. Circa quod
poſſunt diſputari ſequentes que=
ſtiones. Primo. Vtrum vita ac=
tiua ſit potioꝛ et nobilioꝛ ꝙ con=
templatiua. Secūdo. Vtrum be
ata maria optimam ptem elegit
Tertio. Vtrum beata Maria i
coꝛpoꝛe et anima aſſumpta eſt in
celum.

Jn feſto beati Bernardi ē euā=
geliū. Nemo accendit ꝛc. Luce.
xi. Poteſt diſputari ſequens que
ſtio. Vtrum poſſit in dilectione
dei haberi reſpectus ad aliquam
mercedem.

Jn feſto ſancti Auguſtini eſt
euangelium. Vos eſtis ſal terre
Math. v. Circa quod poſſunt di=
ſputari ſequentes queſtiones.
Primo. Vtrum ſtatus p̄latoꝝ q̇
faciunt et docent ſit maioꝛ ꝙ ſit
in eccleſia dei. Secūdo. Vtrum
p̄latus qui nō facit qđ docet ſit
in ſtatu pfectionis.

Jn feſto ſancti Bartholomei
eſt euangeliū. Hoc eſt p̄ceptum
meum ꝛc. Johan. xv. Poteſt di=
putari ſequens queſtio. videlicȝ.
Vtrum beatus Bartholomeus
et alij apoſtoli potuerūt dici ami
ci dei.

Jn feſto decollationis beati io=
hannis baptiſte eſt euangeliuȝ.
Jn illo tempe. Miſit Herodes ꝛ
cetera. Marci. vi. Poſſunt diſpu
tari ſequentes queſtiones. Pri=
mo. Vtrū beatus Johannes mo=
riens ex hoc ꝙ dicebat Herodi.
Non licet tibi habere vxoꝛē fra=
tris tui verus martyr ſit colēdus.
Secūdo. Vtrum iuramentū qđ
Herodes p̄ſtitit ſaltanti puelle
excuſare potuit Herodem a pec=
cato moꝛtis Johannis baptiſte.

Jn feſto Natiuitatis btē ma=
rie virginis eſt euangelium. Li=
ber generationis ihu xp̄i ꝛc. ma=
thei. p̄mo. Circa quod poſſunt di
ſputari ſequentes queſtiones.
Primo. Vtrum xp̄us deſcēdit ſe=
cūdum carnem de ſemine dauid.
Secūdo. Vtruȝ beata Maria fu
erit ſanctificata ante natiuitateȝ
ex vtero. Tertio. Vtrum beata
virgo per ſanctificationem obti=
nuerit grē plenitudineȝ ſiue per=
fectionem.

Jn feſto exaltatiōis ſcē crucis
ē euāgeliū. Jn illo tpe. dixit ihs
turbis ꝛc. Nunc iudicium eſt ꝛc.
Joh. xij. Circa qđ pn̄t diſputari
ſequentes q̄ſtiōes. Primo. vtrū
conueniens fuit vt chꝛiſtus i cru
ce exaltatus moꝛeret̄ ꝓ nobis.

Secundo. Vtrum ſit verum ꝙ
xp̄us exaltat⁹ omnia traxit ad ſe.
Tertio. Vtrum chriſtus pᵉ ex=
altationem crucis q̄ ꝓprie eſt hu
miliatio meruit exaltati onē ſui.

In feſto ſancti Mathei apo=
ſtoli eſt euangelium. Cum tran=
ſiret ihesus ꝛc̄. Math. ix. Circa
quod poſſint diſputari ſequētes
queſtiones. Primo. Vtrū Ma=
theus euangeliſta conuenientē
inter alios euangeliſtas deſigna
tur in figura hominis. Secundo
Vtrum conuerſio et ſequela ma=
thei fuit miraculoſa. Tertio.
Vtrum Matheus fuit immedia=
te d̾ teoloneo vocatus ſiue aſſum
ptus ad apoſtolatum.

In feſto ſancti Michael' eſt
euangelium. In illo tempe. Ac
ceſſerunt diſcipuli ꝛc̄. Math. xv=
iij. Circa qd̾ pn̄t diſputari ſequē
tes queſtiones. Primo. Vtrum
angeli ſint a deo cuſtodie homi=
num deputati. Secūdo. Vtrum
angeli per executionem miniſte=
rij a contemplatiōe diuina retar
dentur. Tertio. Vtrum angeli
ad cuſtodiam hominū deputati.
qn̄qꝫ relinquant homines quib⁹
ad cuſtodiam deputantur.

In feſto beati Jeronimi ē euā=
gelium. Nemo accendit ꝛc̄. Luč
xi. Circa quod poſſunt diſputari
ſequentes queſtiones. Primo.
Vtrum lucerna incenſa Jeroni=
mi. id eſt, doctrina meruerit ſup
candelabꝛ eccleſie poni. Secūdo
Vtrū Jeronimus fuerit cardial'.

In feſto beati Franciſci ē euan
gelium. Confiteoꝛ ꝛc̄. Math. xi.
Circa qd̾ poſſunt diſputari ſequē
tes queſtiones. Primo. Vtrū
conueniens fuerit ſecreta fidei n̄
reuelari ſapientibus et prudenti=
bus et reuelari puulis. Secūdo
Vtrum beatus Franciſcus fuerit
de numero puuloꝝ quibus reue=
lata ſunt ſecreta celeſtia.

In feſto beati Luce eſt euan=
gelium. deſignauit dominus ꝛc̄.
Luce. x. Circa quod poſſunt diſ=
putari ſequētes queſtiōes. Pri
mo. Vtrum poſt electionem duo
decim apoſtoloꝝ conuenient' ele
cti ſunt ſeptuagintaduo diſcipu=
li inter quos Lucas vnus dicitur
fuiſſe. Secūdo. Vtrum beatus
Lucas inter euangeliſtas ī figu=
ra bouis fuerit conuenienter deſi=
gnatus.

In feſto vndecim miliū virgi
num eſt euangelium. Simile eſt
regnum celoꝝ ꝛc̄. Math. xxv.
Circa qd̾ poteſt diſputari ſequēs
queſtio. Vtrum prudentib⁹ vir
ginibus facientibus qd̾ in ſe fuit
neceſſe fuit vt deus oleū gratie
ſue vaſis conſcientiarum ſuarum
infunderet.

In feſto Simonis et Jude eſt
euangelium. Hoc eſt preceptum
ꝛc̄. Johan. xv. Circa quod poſ=
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Primo. Vtrum chriſto ad
ueniente et p̄dicante non tamen
faciente viſibilia miracula iudei
ei credere tenebantur. Secūdo
Vtrum argumentum illud chri=
ſti ſit ſufficiens. quo ait. Si ope=
ra non feciſſem in eis que nemo
alius fecit peccatum nō haberet.

In feſto omnium ſanctoꝝ eſt
euangelium. Videns ihesus tur=
bas ꝛc̄. Math. v. Circa qd̾ poſ=
ſunt diſputari ſequentes queſtio
nes. Primo. Vtrū beatitudo ſā
ctoꝝ cōſiſtat in viſiōe dei p eſſen
tiam. Secundo. Vtrum beati vi
dentes deum per eſſentiam vide=
ant omnia que deus videt. Tē
tio. Vtrum beati in gloria ꝑus fe
rantur ad contemplandam chri=
ſti diuinitatem ꝙ eius humani=
tatem.

In die omnium mortuoꝝ eſt
euangelium. Dixit Jhesus turb̄
ꝛc̄. Johan. v. Circa quod pn̄t di=
ſputari ſequentes queſtiones.
Primo. Vtrum iudiciaria pote=
ſtas qua iudicādi ſunt mortui in
futuro iudicio conuenienter cōue
niat xp̄o ſm̄ qd̾ homo. Secūdo
Vtrum ſuffragia fideliū viuorū
ꝓſint defunctis. Tertio. Vtrum
ſuffragia facta p malos ſiue per
peccatores ꝓſint. Quarto. Vtꝝ
vox chriſti quā audient mortui
erit cauſa reſurrectionis omniū
corum.

In feſto beati Martini ē euā
geliū. Sint lumbi veſtri ꝛc̄. Lu=
ce. xij. De quo diſputatur ſicut in
feſto beati Nicolai. Nunc querit̄
Vtrum illud ſit verum aut cōue=
nienter dictum. ꝙ expectantes
dominum reuerſurum chriſt⁹ fa=
ciet eos diſcumbere ⁊ tranſiēs mi
niſtrabit eis.

In feſto beate Katherine eſt
euangelium. Simile eſt regnum
celoꝝ. Mathei. xiij. Circa qd̾ po
teſt diſputari ſequēs queſtio.
Vtrum beata Katherina emit
agrum in quo erat thezaurus ab
ſconditus.

Explicit Tabula.
Sequūtur queſtiones.

Queſtiones euangelioꝝ tam
de tempe q̄ꝫ de ſanctis collecte
p Reuerendū dominū Johannez
de turre cremata epm Sabineñ.
ſancte Romane eccleſie Cardia=
lē ſancti Sixti. Incipiūt feliciť.

Acro et colē=
diſſimo reuerē
diſſimoꝝ patꝝ
ſancte Roma=
ne eccleſie do=
minoꝝ cardina
lium collegio.
ſuus humilis ſeruitor Johannes
de turre cremata epus Sabineñ.
ſancte romane eccleſie cardinal'
ſancti Sixti . vulgariter nomina=
tus. ſeipſum cū humili recōmen
datione . cogitanti mihi quid de
ſudoribus mei ſtudij dignum am
pliſſimis dñationibus veſtris tā=
q̄ꝫ memoriale offeram . attento
qꝫ omnibus ſummis noſtri ponti
ficibus varia dedicauerim opera.
ſcilicz Eugenio Nicolao Calix=
to Pio et Paulo. Nunc pñti oc=
curriſſet mihi illa honeſtiſſima p̄
latoꝝ conſuetudo qua poſt refe=
ctionem eoꝝ. maxime in prandio
habitam collationes ſiue diſpu=
tatiōes ꝺ ſacris litteris ſoliti ſūt
hr̄e. Vidi em̄ apd plures clariſ=
ſimos patres conſuetudinē hāc
obſeruari. Et de celeberrimo ſan
cto Auguſtino legitur qꝫ ī men
ſa ſua lectionem aut diſputatio=
nem ſemp diligebat. Diſputatio
em̄ inueſtigāde veritatis gratia.
aut vt veritas ipſa illuſtrior ſiat
licite cū moderamine inter ptes
admittiť . Sane viſa ē mihi hoc
dñoꝝ p̄latoꝝ obſeruantia pluri=
mum habere honeſtatis et vtili
tatis. Honeſtiſſima quidem eſt ⁊
ordo pulcherrimus. vt poſtq̄ꝫ cor
pori cibos corruptibiles dedim⁹.
ita anime ſpūalia alimenta mini
ſtremus. Null⁹ em̄ eſt cibus ſci=
entia et doctrina dulcior. Naz vt
ait Iſidorus noſter. ſcripturaruz
ſanctaꝝ altitudo q̄ſi montes pa=
ſcue ſunt. ad q̄s cū quiſqꝫ iuſtoꝝ
conſcenderit paſcue indeficientis
refectionem inueniſſe ſe gaude=
bit. Quocirca ſic nos hortať cla=
riſſimus Ambroſius . Tu g° ede
ſcripturaꝝ celeſtes cibos . ede vt
pmaneant tibi in vitam eternaz.
ede continue vt non eſurias . ede
vt replearis . ede vt verboꝝ cele
ſtiū eructes ſaginam . Spūales
epule non obeſſe ſolent ſed pdeſ=
ſe ſaciatis. Plane bene p̄latis cō=
gruit honetiſſimū hmōi exerciti=
um quibus dñs ait. Voſ eſtis ſal
terre. vos eſtis lux mūdi. Debet
autem epus tanta pollere ſapiē=
tia. vt dicit Ambroſius. vt nō ſo
lum creditū ſibi populū ſuffici en=
ter doceat . verūetiam in ceteris
queat hereſum contradictiōes a
catholica repellere eccleſia. Ce=
terum vtiliꝫ eſt p̄dicta obſeruan
tia. quia mentem diſponit ad pē
fectionem virtutis. Vnde Dama
ſcenus libro. iiij. inquit. Optimū
eſt et vtiliſſimum inueſtigare di
uinas ſcripturas. et ſicut ē lignū
ſecus decurſus aquaꝝ plantatuꝫ
ita anima diuina irrigata ſcriptu
ra īpinguať et fructū tempaneū
tribuit. et ſemper virentibus fo=
lijs deo acceptabilibus decorať
actionibus. Et infra. Pulſemus
ergo in optimum paradiſum ſac=
rum ſcripturarum qui odoriferus
qui dulciſſimuſ/qui ſpecioſiſſim⁹
eſt. Secūdo vtilis eſt ad illumi=
nationem intellectus. Dicit eniz
Iſidorus noſter. Geminū donum
confert lectio ſacraꝝ ſcriptura=
rum. ſiue qꝫ intellectum mentis
erudit. ſiue qꝫ a mūdi vanitatib⁹
abſtractum hominem ad amorē
dei perducit. Tertio vtilis eſt q̊=
niam per eam amputantur aliq̄
in que ſepe poſt refectionem cor
poralem lingua indiſciplinata p
rumpit. ſcz murmurationis et de=
tractiōis verba/ſuperfluitas lo
cutionis/leuitas operis/et ſil'ia
que omnia vitantur cum perſolu
tis gratiaꝝ actionibus deo . aliq̄
de ſacris litteris ſequitur diſpu=
tatio ſiue collatio. quibus penſa=
tis mihil mihi in mente dign⁹ ſe
obtulit veſtris. R. d. per me offe
rendum. q̄ꝫ queſtiones quaſdam
de euangelijs omniū dñicarum.
ac feſtoꝝ p̄ncipaliū totius anni.
quaſi ingenio meo tenui. non ta=
mē ſine magno labore. ac vr̄arū.
R. d. amore collegi ſub numero.
ccc. xvij. Amplexus autem ſū q̄=
ſi in omnibus ſancti thome dcā.
nam eius pfundior firmiorqꝫ eſt
ſententia. Abſtinui etiam a que=
ſtionibus et ſubtilitatibus inuti=
libus et obſcurioribus argumen
tis. planioribus contentus. Tum=
quia religioſo ītellectu noß op⁹
eſt vbi aut maxime de deo loqui
mur vel audimus vt inquit Am
broſius. Tum quia inter p̄latos
pauciores ſunt qui ſacre theolo=
gie pfundioribus rebus operam
dent ſtudij. Sequimur autem or=
dinem euangelioꝝ tam domini=
carum q̄ꝫ feſtiuitatum ſm vſum
fratrum p̄dicatoꝝ quia nobis ra
tionabilior viſus eſt. Suſcipiāt er
go. v. R. d. hoc exiguuz mun⁹ pa
rūqꝫ opuſculum in ſenio meo p
omniū vtilitate exiguis meis vi=
ribus elaboratum. qꝫ vtinam tan
ta beniuolentia ab eis ſuſcipiať.
quanta cuz affectione ſit inſuda
tum. Poterit obſeruari libellus
iſte in manibus. Reuerendiſſimi
domini Rothomageñ. qui p ſua
dulciſſima humanitate copia p̄=
ſtabit cupientibus ſcribere. Recō
mendo me. d. v. R. quaſ longo tē
pore ad felix vniuerſalis eccleſie
regimen deus conſeruet.

N p̄ma dominica ad=
uentus apd fratres p̄
dicatores dicitur illd
euangelium. Mathei
xxi. p°. Cum appropinquaſſꝫ ihe=
ſus iheroſolimis. In quo fit mē=
tio de aduentu chriſti in carnem.
Vū dicitur. Dicite filie ſyon. Ec=
ce rex tuus venit tibi ⁊c̄. Vnde in
hac dominica poſſunt ſequentes
queſtiones diſputari. Prima.
Vtrum p redemptione generis
humani neceſſarium fuit deū in=
carnari. Secūda. Vtrū ſi hō nō
peccaſſet deus incarnatus fuiſſet
Tertia. Vtrum conuenienti⁹ fu
it filiuz dei incarnari q̄ꝫ aliquam
B B

aliam perſonam.

D p̓mam ſic procedit᷑
Et videtur ꝙ non fuerit
neceſſarium deū incarna
ri. Primo ſic. Deus em̄ cū pfe=
ctus nihil virtutis accreuit ſibi ꝑ
carnem aſſumptam. ſi ergo icar=
natus naturam reparauit etiam
abſq3 carnis aſſumptione eā po=
tuit repare. ergo non fuit neceſ=
ſarium ⁊c̈. Secūdo ſic. Cum de
us ſit ſumme miſericors. imo mi=
ſerationes eius ſup omnia ope=
ra eius. magis decuit vt deus oſ̄
deret immenſitatez miſericordie
ſue ꝙ̄ ſeueritatem iuſticie. ſed ad
magnitudinē miſericordie ſue pé
tinet vt peccata ſine ſatiſfactiōe
dimittat. ergo deus humanaz na
turam repare potuit et debuit nō
expectando ſatiſfactionē. g° non
fuit neceſſarium ⁊c̈. Tertio ſic.
Quicūq3 pōt ſatiſfacere ꝓ maio
ri peccato. poteſt ſatiſfacere pro
minori. ſed mortale peccatū actu
ale eſt magis ꝙ̄ originale. quia
habet plus de voluntario. g° cū
homo poſſit ſatiſfacere ꝓ morta
li peccato. multofortius ꝓ origi
nali ſatiſfacere poterit. et ſic nō
eſt neceſſarium incarnari. In op=
poſitum arguitur ſic. Illud ꝑ qđ
humanū genus liberatur a ꝑditi
one eſt neceſſariū ad humanā ſa=
lutem. ſed miſteriū diuine incar=
nationis eſt hmōi. ſm illud Jo=
han. iij. Sic deus dilexit mundū.
vt vnigenitum filiū ſuum daret.
vt omnis qui credit in eum n̄ pe
reat ſed habeat vitam eternam.
ergo neceſſarium fuit ad repatio
nem generis humani deū incar=
nari. Secūdo ſic. Non erat con=
ueniens vt vna natura nobiliſſi=
maꝝ creaturaꝝ a ſuo fine totali=
ter fruſtraretur. ſed humana na=
tura eſt inter nobiliſſimas creatu
ras. cum ergo tota corrupta fue=
rit per peccatū in p̓mo parente
et ita beatitudine ꝑuata ad quaz
inſtituta erat. cōgruum fuit ipaz
reparari. ſed reparatio non poteſt
fieri niſi peccatum dimittatur.
nec iuſtum eſt vt peccatum ſine
ſatiſfactione dimittatur. ergo ne
ceſſariuz fuit ꝓ peccato totꝰ na=
ture humane ſatiſfieri. ſed ſatiſ=
factio decenter fieri non pōt niſi
ab eo qui debet ſatiſfacere et pōt
ſed non debet niſi homo qui pec=
cauit. Cum autem nullius creatu
re bonum excedat bonum huma
ne nature totius vt recōpenſatio=
nem ꝓ tota natura facere poſſet.
Patet ꝙ nulla creatura ꝓ homi
ne ſatiſfacere poſſet. nec ipſe pro
ſe cum peccator indignus redda=
tur. ergo neceſſarium fuit vt deꝰ
homo fieret ad ſatiſfaciendū ꝓ
hominibus. Reſpōdeo dicendū
ꝙ deum incarnari aliquo mō fu=
it neceſſarium. et aliquo mō non
Pro quo notandum iuxta ſanctū
Thomam ꝙ ad finez aliquid di
citur neceſſarium dupliciter. Vno
modo ſine quo finis haberi n̄ pōt
ſicut cibus eſt neceſſarius ad cō
ſeruationem humane vite. Alio
modo dicitur neceſſarium pé qđ
melius et conuenientius ꝑuenit
ad finem. ſicut equus eſt neceſſa=
riuſ ad iter. Prio mō neceſſitatis
deū incarnari non fuit neceſſariū
ad reparationem humane natu=
re. Deus enim per ſuam omni=
potentem virtutem poterat hūa=
nam naturam multiſ aliis modis
reparare. Secūdo autem mō ne=
ceſſitatis neceſſarium fuit deū in=
carnari ad reparationem huma=
ne nature. Hanc concluſionē po=
nit Auguſtinus. xiij. de tri. c. Oſ̄
damus non aliū modum poſſibi=
lē defuiſſe deo cuiꝰ poteſtati om=
nia equaliter ſubiacent. ſed ſanā
de miſerie noſtre conuenientio=
rem modum alium non fuiſſe. cu
ius incarnationis neceſſitas ſi=
ue conuenientia ex tribus ſumit᷑
ſcz ex plenitudine diuine miſeri=
cordie. ex immutabilitate iuſti=
cie ipſius. et ex decenti ordine ſa=
pientie eius. Quia enim deus eſt
ſumme bonus et miſericors decu
it nulli creature negari hoc cuiꝰ
eſt capax. Vnde cum natura hu=
mana lapſa eſſet. et nihilominus
reꝑabilis foret. decuit vt eaz re=
pararet. quia et iuſticia eius im=
mutabilis eſt. cuius lege ſancituz
eſt vt nūꝙ̄ peccatum ſine ſatiſfa
ctione dimittatur. decuit vt ī hu
mana natura eſſet qui ſatiſface=
re poſſet. et quia hoc purus ho=
mo ꝑ ſe facere non poterat. vt di
ctum eſt. decuit vt deus qui ſūme
ſapiens eſt aliquem conueniētiſ=
ſimuz reꝑationis adinueniret mo
dum. Vnde conuenientiſſimꝰ eſt
vt integre natura reparetur ⁊ fa=
cilitur ad id qđ amiſerat homo ꝑ
uenire poſſet. Si autem hominez
per angelum repararet. nō inte
gra eſſet reparatio. quia hō ſem
per angelo ſalutis ſue debitor eſ=
ſet. et ita in beatitudine ei equari
non poſſet. quod tamen aſſecutus
fuiſſet ſi non peccaſſet. ſicut etiaz
nunc conſequuntur homines pé
gratiam reparationis vt ſint ſic̄
angeli dei in celo. Mathei. xxij.
Et ideo decuit vt non angelꝰ ſed
ipſe deus hominem repararet.
Multe alie conuenientie aſſignā
tur incarnationis quas nos bre=
uitatis cauſa et quia communes
in ſermonibus ſunt ꝑtranſimus.
Ad rationes in oppoſitum dicē=
dum. Ad p̓mam reſpondetur. ꝙ
ratio illa ꝓcedit ſm illum modū
neceſſarii ſine quo ad finem per=
ueniri non poteſt. hoc autem ne=
ceſſitatis mō dictū ē nō eſſe neceſ
ſariū deū incarnari. Ad ſcđam
reſpondetur negando conſequen
tiam Et ratio eſt. quia licet deus
ſit ſumme miſericors. ſua tam̄ mi
ſericordia nullo modo obuiat ſue
iuſticie. Miſericordia enim q̄ iu=
ſticiam tollit magis ſtulticia ꝙ̄
virtus dici debet et pé conſequēs
talis deum nō decet ꝓpter quod
deus miſericordiam ſuam infini=
tam ſic manifeſtare voluit. vt in
nullo iuſticie eius derogaret᷑. qđ
factum eſt dum ꝓ nobis hō fa=
ctus eſt vt ꝓ nobis ſatiſfaceret.
in quo etiam habundantior miſe
ricordia oſtenſa eſt ad nos ꝙ̄ ſi ſi
ne ſatiſfactione peccatum dimi=
ſiſſet inꝙ̄tum noſtram naturam
magis exaltauit et ꝓ nobis mor
tem pertulit. Ad tertiam r̄ndē
tur negando ꝙ peccatū origiale

ſit minus malum. Pro quo no-
tandum ꝙ quantitas originalis
et actualis mortalis peccati po-
teſt dupliciter attendi. vel quan-
tum ad pͥncipium vel quantū ad
bonum quod per vtrumqꝫ pͥua-
tur. Principium autem actualis
peccati voluntas ꝓpria eſt. prin
cipium autem originalis in iſto ē
origo eius vitiata. Vnde origia-
le q̄dammodo neceſſarium eſt. ſꝫ
actuale eſt omnino voluntarium
vnde habet plus de ratiōe culpe.
et eſt magis vituperabile. Bo-
num autē ꝙ actuali peccato cor
rumpitur eſt bonum huius pſo-
ne cui ꝓ̄ponderat bonum totiꝰ na
ture qđ per originale corrumpi-
tur. quia bonum gentis eſt diui-
nius q̄ꝫ vnius hominis bonū. vt
dicitur .ij. Ethicoꝝ. vt ſic poſſꝫ di
ci ꝙ actuale eſt magis culpa. ori
ginale vero magis malum. Ac-
tio autem ſatiſfacientis eſt ꝓpor-
tionata quantitati culpe ex par-
te boni qđ per culpaꝫ corrumpi-
tur. Et ideo cū omnis actio ſit ꝑ-
ſone (quia actuſ ſingulariū ſūt)
Ideo ad ſatiſfactionem ꝓ actua
li ſufficit actus cuiuſcūqꝫ homi-
nis cū gratia diuina. non autem
ad ſatiſfactionem ꝓ peccato ori
ginali / niſi actio illius hominis
plus valeret q̄ꝫ totum bonū hu-
mane nature. et ſic non poſſet eſſe
purus homo. et ideo oportuit eſſe
deum et hominem qui ꝓ origia-
li ſatiſfaceret.

D ſecundam queſtio-
ſic ꝓceditur. Et videt̄
ꝙ etiam ſi hō non pec
caſſet deus incarnatus fuiſſet.
Primo ſic. Deutro. xxxij. dei per-
fecta ſunt opera. ſed perfectiō ñ
poteſt eſſe niſi vltimum coniuga
tur principio vt ſic quaſi quidam
circulus concludatur ⁊ additō al
terius fieri non poſſet. Cum ergo
ipſe deus ſit pͥncipiuꝫ et hō ſit vl
tima creaturaꝝ. decuit ad perfe
ctionem vniuerſi vt etiam ſi ho-
mo non peccaſſet deus homo fie-
ret. Secūdo ſic. Roma. pº. Inui
ſibilia dei per ea que facta ſūt in
tellecta conſpiciūtur. ſed poten-
tia. ſapientia. et bonitas dei infi-
nita ſunt. ergo decuit etiam ſi ho
mo non peccaſſet iſta in aliq̄ ef-
fectu manifeſtari. ſed potentia i
finita non manifeſtatur. niſi ꝑ ef
fectum infinitum. nec ſapiētia in
finita niſi per decorem infinitum
nec bonitas infinita niſi per com
municationem infinitam. Cū er-
go nulla creatura ſit īfinita. nec
in ea īfinitꝰ ſit decor ex forma et
ꝓportione partium. nec iteruꝫ ali
qua creatura cōmunicationem in
finitam boni recipiat. videt̄ ꝙ de
cuit etiam homine non peccan-
te vniri deū homini vt ex pᵗe ho
minis ratio eſſet ⁊ ex parte dei in
finitas et ex coniunctione dei ad
creaturam infinitus decor reſplē
deret et infinitum bonū ipſi hūa
ne nature cōmunicaretur ſcꝫ per
ſona increata que in ea ſubſiſte-
ret. Tertio ſic. Non eſt in aliq̄
capacitas humane nature ꝑ pec-
catum ampliata. ſed poſt pecca-
tum humana natura inuenta eſt
capax tanti boni vt a deo aſſume
retur in vnitate perſone. ergo et
ante peccatum hmōi dignitatis
capax fuit. ſed ad deum qui infi-
nito amore diligit ea que ſunt ꝑ-
tinet vt nullum bonum creature
deneget cuius eſt capax. ergo ip
ſe humanam naturam aſſumpſiſ-
ſet etiam ſi homo non peccaſſet.
Quarto ſic. Non eſt credenduꝫ
ꝙ homo ex peccato aliquod cō-
modum reportauerit. ſed maxima
dignitas humane nature ē ī hoc
ꝙ aſſumpta eſt in vnitate perſo
ne diuine. ergo hoc per peccatū
homo conſecutus nō eſt. ⁊ ſic idē
quod pͥus. Quinto ſic. Cum ho
mo ad beatitudineꝫ ſit creatꝰ an-
te peccatum totuſ beatificandus
erat. ſed beatitudo hominis quā-
tum ad partem ſenſitiuam erit in
aſpectu humanitatis aſſumpte.
quantum vero ad partem intel-
lectiuā in intuitu diuinitatis aſ-
ſumentis Sic enī ingredieť ho-
mo et egredietur. vt Auguſtinꝰ
exponit. et paſcua inueniet. Ioħ.
pº. In oppoſitū eſt Auguſtinꝰ
in li. de verbis domini exponēs il
lud Mathei. xviij. Venit filiꝰ ho-
minis querere et ſaluū facere qđ
perierat. ſi homo non peccaſſꝫ fi-
lius hominis non veniſſet. et lo-
quitur de aduentu in carnem.
Reſpondeo dicendum ꝙ vt tan-
git ſanctus Thomas in tertio ⁊
in tertia parte ſuper hoc diuerſi
diuerſimode opinati ſunt. Quidā
enim dicunt ꝙ etiaꝫ ſi homo nō
peccaſſet. dei filius fuiſſet incar-
natus. Alij vero contrariū aſſe-
runt. quoꝝ aſſertioni magis vide
tur conſentiendum. Cuius rō eſt
quoniam ea que ex ſola dei volū-
tate veniūt ſup omne debitū cre
ature nobis innoteſcere non poſ-
ſunt niſi quatenus in ſacra ſcrip-
tura traduntur per quā diuina vo-
luntas innoteſcit. Vnde cū in ſa-
cra ſcriptura vbiqꝫ incarnationis
ratio ex peccato pͥmi hominis aſ
ſignetur. conuenientius dicit̄ in-
carnationis opus ordinatum eſſe
a deo in remediū peccati. ita ꝙ
peccato non exiſtente incarnatiō
non fuiſſet. q̄uis potentia dei ad
hoc limitetur. Potuiſſet enī etiā
peccato non exiſtente deus incar
nari. Hanc ergo aſſertionem ſiue
opinionem tanq̄ꝫ veriorem ſeq̄n-
tes. dicimus ad queſtioneꝫ reſpō
dentes. ꝙ ſi homo non peccaſſet
deus incarnatus non fuiſſet. Iſta
concluſio ꝓbat̄. Primo ſic. Sup
illud. i. Thimotħ. pº. Iheſus ve
nit in hunc mundum peccatores
ſaluos facere. dicit gloſa. Nulla
cauſa fuit veniendi chriſto domi
no niſi peccatores ſaluos facere.
Tolle vulnera. tolle morbos et
nulla eſt cauſa medicine. ſꝫ remo
ta cauſa remouetur et effectus.
ergo concluſio vera. Secūdo ſic
Dicit Leo papa in ſermōe đ na-
tiuitate. Si enī homo ad imagi-
nem et ad ſimilitudinem dei fcus
in ſuo honore manſiſſet. creator
mundi creatura non fieret. aut ſē-
piternus temporalitateꝫ ſubiret.
aut equaliſ deo patri dei filiꝰ for
mam ſerui aſſumeret. ergo con-
cluſio vera. Ad rationes in op
poſitū Ad pͥmam reſpondetur ne

gando conſequentiam. Et ratio
eſt. quia licet vniuerſum perfici-
atur in coniunctiōe vltimi ad pͥn
cipium pͥmi. non tamen oportꝫ ꝙ
in coniunctione que eſt in vnita-
te perſone ſed in coniunctione q̄
eſt in ordine ad finez. Vnde ad p
fectionem vniuerſi ſufficit ꝙ na-
turali modo creatura ordinat̄ ſic
in deum ſicut in finem. Hoc autē
excedit limites perfectionis cre
ature vt creatura vniatur deo in
perſona. Ad ſecūdam reſpon
detur negando conſequentiā. Et
ratio eſt. quia in ꝓductione mini
me creature manifeſtatur poten
tia infinita et ſapientia et boītas
dei. quia quelibet creatura ducit
in cognitionem alicuius primi et
ſummi quod infinitum eſt in om-
ni perfectione. nec oportet ꝙ po
tentia infinita per effectum infi-
nitum manifeſtetur. nec boītas
infinita per communicationez in
finitam. ſed ſufficit ad oſtenden-
dam bonitatem infinitam hoc. ſ.
ꝙ vnicuiqꝫ ſm ſuam capacitatez
largitur. Ad tertiam reſpon-
detur ꝙ capacitas alicuius natu
re poteſt intelligi dupliciter. vel
ſm potentiam naturalem que p-
tinet ad rationem naturalem. et
ſic nullam capacitatez naturē va
cuam deus dimittit in genere ꝙ-
uis capacitatem alicuius creatu-
re particularis non impleat pro-
pter aliquod impedimentū. Vel
intelligi poteſt ſm potentiā obe-
dientialem ſm quam quelibꝫ cre
atura habetur ꝙ ex ea poſſet fie-
ri qđ deus vult. et hoc modo in
humana natura ē capacitas hu-
ius dignitatis vt in vnitate diui-
ne perſone aſſumatur. nec oportꝫ
ꝙ deus talem capacitatem iple-
at ſicut nec oportet ꝙ deus faci-
at quicquid poteſt. ſed ſm ꝙ cō
gruit ordini ſapientie eius. Ad
quartam reſpondetur negādo aſ-
ſumptum. quoniam vt dicit apo-
ſtolus ad Rom̄. v. Vbi habūda-
uit delictum ſuperhabundauit ⁊
gratia. non eſt inconueniens vt
aliquod bonnm ex peccato deus
eliciat qđ ſine peccato non fuiſſꝫ
ſicut patet in alijs virtutibus vt
in pacientia et penitentia. et eti-
am ex peccato hominis hoc op-
timum potuit elicere vt filius dei
incarnaretur. Propter quod dicit
Gregorius. O felix culpa que ta
lem ac tatunm meruit redempto
rem. Ad quintam reſpondetur
negando minorem. dicimus enim
iuxta ſanctum Thomam ꝙ bea-
titudo totius hominis eſt ex ipſa
deitate in quam virtus interius
immediate fertur ex quo redun-
dat gloria in inferiores partes
anime et in ipſum corpus. in vi-
ſione etiam humanitatis erit q̄d
dam gaudium accidentale. ſicut
etiam in victoria paſſionis eius.
tamen conſtat apud omnes ꝙ ſi
homo non peccaſſet deus paſſus
non fuiſſet.

D tertiam queſtionez
ſic proceditur. Et vide-
tur ꝙ non fuit conueni
entius filiuꝫ dei incarnari magis
ꝙ patrem aut ſpiritumſanctum.
Primo ſic. Sicut in miniſterio
Tho. 3. ſen. d. 1. q. 2. ar. 2.

incarnationis monſtrata eſt ſa-
pientia in decentia reconſilatiōis
ita etiaꝫ monſtrata eſt potentia
in hoc ꝙ in infinitum diſtantia
iuncta ſunt. et etiam bonitas in
hoc qđ non deſpexit ꝓprij plaſ-
matis infirmitatem. vt dicit Da
maſcenus. ſed ſicut ſapientia at-
tribuitur filio. ita bonitas ſpiri-
tuiſancto et potentia patri. ergo
non magis decebat filium incar-
nari ꝙ patrem vel ſpiritumſan-
ctum. Secūdo ſic. Victoria po
tentie attribuitur patri. ſed pē in
carnationez ſecuta eſt victoria de
hoſte. ergo incarnatio magis de-
cebat patrem cui appropriat̄ po-
tentia. Tertio ſic arguit̄ đ ſpi-
rituſancto. Eorum enī que ma-
gis vicina ſunt decentior eſt con-
iunctio. ſed ſpūſſanctus eſt per-
ſona nobis magis vicina. vt dicit
Auguſtinus li. de ſpiritu et ani-
ma. ergo ſpiritumſanctum dece-
bat magis incarnari ꝙ filium.
Quarto ſic arguitur. Incarnatio
dei proceſſit ex maxima caritate
quam ad nos habuit. ſed caritas
appropriatur ſpirituiſancto. ergo
potiſſime decebat ſpiritumſanctū
incarnari. In oppoſitum argui-
tur ſic. In mente noſtra ſunt tria
tres perſonas repſ̄ententia. ſcili-
cet mens que repſ̄entat patrem.
verbum mentis quod repſ̄entat
filium. et amor qui repſ̄entat ſpi
ritumſanctum. ſed inter hec tria
verbum mentis p̄cipue compara
bile eſt. ſm quod exterius p vo-
cem ſonat. ergo et incarnatio con
uenientiſſime verbum eternū de-
cuit quod eſt ipſe filius dei. Re
ſpondeo dicendum. ꝙ decentius
fuit filium dei incarnari ꝙ patrē
vel ſpiꝰſanctum. que decentia in
carnationis filij dei attenditur et
ex proprijs et ex aꝓpriatis. In ꝓ
prijs autem poſſunt quatuor con
ſiderari ſm quod filius eſt. quod
verbum eſt. quod imago. qđ me
dia in trinitate perſona. Secūdū
autez ꝙ filius eſt conuenit ad re
parationem. tum vt per eum cu-
ius naturaliter eſt hereditas alij
in filios adoptarentur et cohere
des fiant. Scđm autem qđ eſt vē
bum. conuenit ad reparationem
quia in quantum tale habet con-
gruentiam ad officium p̄dicatio-
nis et doctrine. quia verbum ma
nifeſtat dicentem. et ipſe manife
ſtauit patrem. Iohan. xvij. Pa-
ter manifeſtaui nomen tuum ho
minibus quos dediſti mihi đ mū
do. Inquantum vero eſt imago.
conuenientiam habet cuꝫ eo qui
reparandus erat. ſcilicet cum ho
mine qui ad imaginem dei factꝰ
eſt. Geneſis pͥmo. Vnde decuit vt
imago imaginem aſſumeret. in-
creata creatam. Inquantum eſt
media in trinitate perſona con-
gruit ad vltimum effectum. qui
eſt reconſiliatio hominis ad deū.
Decet enim vt qui eſt medius in
trinitate. etiam ſit mediator. In-
ueniuntur etiam quatuor in filio
appropriata. ſcilicet ſapientia. et
virtus ab apoſtolo. equalitas ab
Auguſtino. ſpēs et pulchritudo

ab Hilario. In quātū autē ſapientia eſt congruit ad reſtaurationem quia decet vt que in ſapientia facta ſunt per ſapientiam reſtaurentur. In quantum autem eſt virtus et brachium patris. cōgruit ad victoriam de hoſte capiendam. Luce p̄mo. Fecit potentiam in brachio ſuo. In quātum vero eſt equalitas. congruit etiam morbo qui ſanandus erat. Vterqꝫ enim ſcilicet homo ꝛ diabolus peccauerūt appetendo eq̄litatem dei. Ille potentie. iſte ſcientie. In quantū vero ſpecies et pulchritudo eſt. congruit reparationi vt per ipſum deturpatio imaginis per peccatum inducta amoueretur. Patri vero non cōuenit incarnatio. precipue ꝓpter ꝓprietatem innaſcibilitatis. Nō enim decet vt qui in diuinitate ē pater. in hūanitate ſit filius. Sic enim filius dei patris eſſet nepos virginis. ſi ipſa virgo mater eſſꝫ dei patris. Similiter etiaꝫ nec ſpiritui ſancto conuenit. ne nomen filij in plures perſonas trāſferatꝰ.

Ad rationes in oppoſitū Ad p̄mam reſpondetur negando cōſequentiam Et ratio eſt. quia licet in incarnatiōe oſtendatur potentia ſapientia et boitas. et idō efficacia incarnationis toti trinitati attribuitur. opus tamen qđ deo incarnato debebatur per filium expleri decuit rationibus dictis. et ideo tota trinitas carnem ſoli filio vniuit. Ad ſecūdam reſpondetur negando conſequentiaꝫ Et ratio eſt. quia non eſt potentiꝫ per potentiam minus potentem vincere. hoc enim violentium eſt et non laudabile. ſed pē iuſticiam et ſapientiam vincere. et ideo per filiuꝫ debuit deus pater hoſtem vincere. Ad tertiam reſpondetur ꝙ ratio non procedit. quia ſpiritusſanctus non dicitur ideo vicinior nobis qđ ſit cōiungibilior carni q̄ꝫ filius. ſed ꝓpter caritatem per quam nobis omnia dona donantur. Procedit enim. vt dicit Albertus. vt donū a patre et filio donabile rationali creature. talē autem reſpectū ad nos non importat nomen filij ẜm quod eſt in patre. filius tamē eſt nobis magis vnitiuꝰ quātum ad congruentiam incarnationis rationibus dictis. Ad q̄rtam reſpondetur negando conſequentiam Et ratio eſt. quia licet caritas dei. ſit cauſa incarnatiōis et ideo cauſalitas diuine incarnationis q̄ꝙuis communis ſit tribꝰ perſonis appropriatur ſpiritui ſancto. non tamen ex hoc ſequitur. ꝙ ſpiritusſanctus debuerit incarnari.

Sequitur dominica ſecunda de aduētu chriſti domini noſtri.

In Dominica ſecūda cantatur euangelium. Erunt ſig̃ in ſole et luna ꝛc. Luce Viceſimoprimo. In quo quia tāgitur de aduentu chriſti ad iudicium. poſſunt diſputari ſequentes queſtiōes. Prima ē. Vtrū generale iudicium ſit futurum. Secunda. Vtrum omnes iudicādi in iudicio videbunt filium hominis. id eſt chriſtum in forma humana glorioſa iudicantem. Tertia eſt. Vtrum ſigna que aſſignantur in lectiōe euangelij p̄cedant iudicium. Quarta eſt. Vtrum tempus futuri iudicij poteſt determinate ſciri ab aliq̊ homine.

Ad p̄mam queſtioneꝫ qua queritur. Vtrum generale aut vniuerſale iudicium futuruꝫ ſit. ꝓceditur ſic. Et videtur ꝙ nō. Primo ſic. Namqꝫ dicitur ẜm aliam litteram Nō iudicabit bis deus in idipſum ſed nunc deꝰ iudicat de ſingulis hominum operibus cum poſt mortem vnicuiqꝫ penas vel p̄mia pro meritis tribuit. ergo nō videtur ꝙ aliud ſit iudicium futurum expectandum. Secūdo ſic. In nullo iudicio executio ſententie precedit iudiciū. ſed ſententia diuini iudicij q̊ ad homines eſt de adeptione regni. vel excluſione a regno. vt patet Mathei Viceſimoquinto. ergo cum modo quidam adipiſcantur regnum eternum. Vnde dominꝰ latroni in cruce dixit. Hodie mecū eris in paradiſo. Luce Viceſimotertio. Et quidam excludantur ab ipſo perpetue. Vnde Luce Sedecimo dicitur. Mortuꝰ eſt diues et ſepultus eſt in inferno. ergo fruſtra expectatur aliud iudicium futurum. Tertio ſic. ꝓpter hoc aliqua in iudicium oportet adduci quia dubium eſt quid de eis diffiniendum ſit. ſed ante finem mundi determinata eſt vnicuiqꝫ damnatorum ſua damnatō et cuiqꝫ ſanctorum ſua beatitudo ergo videtur ꝙ non oporteat aliquod futurum iudiciuꝫ eſſe. Oppoſitum colligitur ex p̄ſenti euangelio. Colligitur etiaꝫ ex illo Iohannis Duodecimo. Sermo quē locutus ſum vobis. ille vos iudicabit in nouiſſimo die. Reſpōdeo dicendum ſub iſta concluſione. ꝙ generale ſiue vniuerſale iudicium futurum eſt. in quo chriſtus iudicaturus eſt omnem hominum multitudinem. Iſta concluſio eſt. Primo articulus fidei. qui de chriſto ait. Iterum venturus ē iudicare viuos et mortuos Secundo patꝫ ex illo. Iohannis Quinto. Procedent qui bona egerunt in reſurrectionem vite. Qui vero mala egerūt in reſurrectōꝫ iudicij. g̊ pꝰ reſurrectōeꝫ aliqđ

ſuturum eſt iudicium. Ratiōe ve
ro ſic oſtenditur ꝑdicta cōcluſio.
Pro quo notandum iuxta ſanctū
Thomam ꝙ ſicut operatio per=
tinet ad reꝝ ꝑncipium quo pro=
ducūtur in eſſe. ita iudicium per=
tinet ad terminum quo res ad ſu
um finem perducitur. Diſtingui=
tur autem duplex dei operatio.
Vna que ꝑmitus res in eſſe ꝓdu
xit. inſtituens naturam et diſtin=
guens ea que ad completionem
ipſius pertinent. a quo quidem
opere deus dicitur quieuiſſe. Ge=
neſis. ij. Alia eius eſt operatio q̄
operatur in eius gubernatiōe cre
aturaꝝ. De qua Johan. v. Pa=
ter meus vſq3 modo operatur et
ego operor. ita etiam duplex ei⁹
iudicium dicitur ordine tamen cō
uerſo. Vnuz quod reſpondet ope
ri gubernationis que ſine iudicio
eſſe non poteſt. per quod quidem
iudicium vnuſquiſq3 ſingulariter
ꝓ ſuis operibus iudicatur. nō ſo
lum ſm qd ſibi competit. ſed ſe=
cūduz qd competit gubernatiōi
vniuerſi. vnde differtur ꝑmiatio
vnius ꝓ vtilitate alioꝝ. vt patet
ad Heb. xi. et pene vnus ad ꝓfe
ctum alterius cedūt. Vnde neceſ
ſe eſt ꝙ aliud ſit iudicium vniuē
ſale reſpondens ex aduerſo ꝑme
rerum ꝓductioni in eſſe. vt vide=
licet ſicut omnia ꝓceſſerunt im=
mediate a deo. ita tunc vltima cō
pletio mundi detur vnoquoq3 ac
cipiēti finaliter quod ei debetur
ſm ſeipſum. Vnde et in illo iudi=
cio apparebit maifeſte diuina iu=
ſticia quantum ad omnia que tūc
ex hoc occultantur. ꝙ interdum
de vno diſponitur ad vtilitatē ali
orum aliter q̄ꝫ manifeſta opera
exigere videantur. Vnde etiam ⁊
tūc erit ſeparatio vniuerſalis bo
norum a malis. quia vlterius nō
erit locus vt mali ꝑ bonos et bo=
ni per malos proficiant. propter
quem ꝓfectum interim commix
ti inueniuntur boni malis quoad
vſq3 ſtatus huius vite per diui=
nam prouidentiam gubernatur.

His habitis dicendum eſt ad
rationes in oppoſitum Ad ꝑmaʒ
reſpondetur. ꝙ deus non iudicat
bis in idipſum ſm idem in illo iu
dicio. Pro quo notandum ꝙ q̄=
libet homo eſt ſingularis quedā
perſona et eſt pars totius gene=
ris humani. Vnde et duplex iudi
cium ſibi debetur. Vnum ſingula
re quod de eo fiet poſt mortē quā
do recipiet iuxta ea que in corpo
re geſſit. q̄ꝫuiſ non totaliter quia
non quo ad corpus ſ3 quo ad ani
mam tantum. Aliud iudiciuz de
bet eſſe de eo ſm quod eſt pars
totius humani generis. ſicut ali=
quis iudicari dicitur ſm hūanaʒ
iuſticiam. etiam quando iudiciuz
dicitur eſſe communitatis cuius
ipſe eſt pars. Vnde et tunc quan
do fiet vniuerſale iudicium toti⁹
humani generis per vniuerſalez
operationem bonorum a malis.
et quilibet per conſequens iudi=
cabitur. nec tñ deus bis iudica=
bit in idipſum. quia non duas
penas pro vno peccato infert.
ſed pena que ante iudicium com
plete inflicta non fuerat. in vlti=
mo iudicio complebitur. poſt qd
impij cruciabuntur quo ad corp⁹
et quo ad animam ſimul. Ad
ſecundam reſpondetur. qd eſt
falſum ꝙ ſententia illius gene=
ralis iudicij que eſt vniuerſal' ſe=
paratio bonoꝝ a malis ꝑcedat il
lud iudicium. nec etiaʒ quo ad ꝑ=
ticularem ſententiam vniuſcuiuſ=
q3 plene ꝑceſſit iudicij effectus.
quia et boni amplius poſt iudici=
um ꝑmiabuntur. tum ex gl'a cor=
poris adiūcta. tū ex nūero ſcōꝝ
cōpleto. et mali etiā ampli⁹ tor=
quebuntur adiuncta pena corpo=
ris. et completo in penis nume=
ro damnatorum. quia quāto cum
pluribuſ ardebūt magiſ ardebūt

Ad tertiam reſpondetur negā
do conſequentiam Et rō eſt. q̄a
vniuerſale iudicium vt dictū eſt
magis directe reſpicit vtilitatez
hominum q̄ꝫ ſingulos iudicando
rum. q̄ꝫuis cuilibet homini añ iu=
dicium ſit certa noticia de ſua dā
natione vel ꝑmio. non tamen om
nibus omnium damnatio vel pre
mium innoteſcit. vnde iudiciū ne
ceſſarium erit.

D ſecūdam queſtionez
qua queritur. Vtrum
omnes iudicandi in iu=
dicio videbunt filium hominis. i.
chriſtum in forma humana glo=
rioſa iudicantem. ſic ꝓceditur. et
videtur ꝙ non. Primo ſic. Xps
in iudicio nō apparebit in forma
humanitatiſ glorioſa. Johannis
xix. Videbunt in quem tranſfi=
xerunt. Gloſa. Quia in ea carne
venturus eſt in qua crucifix⁹ eſt.
ſed crucifixus eſt in forma infir=
ma. ergo ī forma infirmitatis ap
parebit et non in forma glorioſa

Secūdo ſic. Dicitur Math. Vi
ceſimoquarto. Apparebit ſignuʒ
filij hominis in celo. id eſt ſignū
crucis. ergo cum crux ſit ſignum
infirmitatis et non glorie. et per
conſequens non videbitur ab om
nibus in forma glorioſa. Ter
tio ſic. Oculus non glorificat⁹ n̄
poterit videri claritatem corpo=
ris glorificati cum ſit improporti
onatus. ergo cum multi. vtpote
mali. non habebunt oculos glo=
rificatos nō poterunt videre chri=
ſtum iudicantem in forma glori=
oſa. In oppoſitum eſt euange=
lium noſtrum in quo dicitur. Vi
debunt filium hominis venientē
in nube cum poteſtate magna et
maieſtate. Maieſtas autez ⁊ po
teſtas ad gloriam pertinent. g°
ī forma glorioſa apparebit. ⁊ ab
omnibus videbitur. Reſpōdeo
dicendum ſub tribus concluſio=
nibus. Prima eſt. ꝙ chriſtus in
iudicio apparebit in forma huma
na. Iſta concluſio patet ex illa
parte euangelij. vbi dicitur. Vi=
debunt filium hominis venientē
ergo in forma humana. Secun
do ratione ſic. Eius ē iudicare cu
ius eſt legem condere. ſed chri=
ſtus in humana natura apparens
nobis legem euangelij dedit. er=
go in eadem natura apparens iu=
dicabit. Tertio ſic. Chriſtus
ſecundum illam formā iudicabit

in qua iudicatus eſt. vt poſſit ab impiis videri. vt dicit glo. Joh. v. ſed iudicatus eſt in ſe forma humanitatis. ergo i eadē iudicabit

Secunda concluſio eſt. ꝙ xp̄us in iudicio apparebit i forma humana glorioſa. Iſta cōcluſio patet. Primo ſic. Ille qui iudicat debet eminere illis qui iudicantᷣ. ſed electi qui iudicabuntur a xp̄o illi corpora glorioſa habebūt. ergo multo fortius iudex in forma glorioſa apparebit. Secūdo ſic. Sicut iudicari eſt infirmitatis. ita iudicare eſt auctoritatis ⁊ glorie ſed in p̄mo aduentu quo chriſtuſ venit ad hoc ꝙ iudicaretur apparuit in forma infirmitatis. ergo i ſecundo aduentu in quo veniet vt iudicet apparebit in forma glorioſa. Tertia concluſio. Licet chriſtus in iudicio in forma glorioſa ab omnibus videndꝰ ſit. viſio tamen illa ſicut bonis erit delectabilis. ita reprobis triſtis et terribilis. Probatur cōcluſio. Dicit enim Iſido. ꝙ apparebit chriſtus terribilis reprobis. blādus bonis. Vnde ſicut amicis gloria eſt delectabilis. ita gloria et poteſtas eius qui odio habetur eſt contriſtabilis. et ideo ſicut viſio glorie hūanitatis chriſti erit iuſtis in p̄mium et gaudium. ita inimicis chriſti erit in ſupplicium.

Nunc ad rationes in oppoſituꝫ Ad p̄mam reſpondetur negando conſequentiam. quia licet in eadem carne in qua crucifixꝰ eſt apparebit. nō tamen ſimilitᷣ ſe habente. quia p̄mo fuit paſſibilis. ſꝫ in iudicio apparebit in forma glorioſa ſicut erit. Ad ſecūdam reſpondetur pariter negando conſequentiam Et ratio eſt. quia licet ſignum crucis apparebit in iudicio non tamen ad iudicium. tunc exiſtentis infirmitatis ſed poteſtatis. vt per hoc iuſtior appareat condemnatio eorum qui tātam miſericordiaꝫ neglexerunt. Ad tertiam reſpondetur negando cōſequentiam Et ratio eſt. q2 corpus glorioſum habet in poteſtate ſua vt ſe demonſtraret vel non demonſtraret oculo non glorioſo. ideo in forma glorioſa chriſtus ab omnibus poterit videri.

D tertiam queſtionē q̄ queritur. Vtrum ſigna que ponūtur hic in euangelio precedere debeant iudiciuꝫ. ſic p̄ceditur. et videtur ꝙ non. Primo ſic. Dicit Apoſtolꝰ. i. ad Theſſal. v. Cum enim dixerint pax et ſecuritas. repentinꝰ eis ſuperueniet interitus. ſed non eſſet pax et ſecuritas ſi homines p̄e ſigna precedentia terrerentur. ergo ſigna illa que ſunt ad terrorē non precedent iudicium. Secundo. Signa ad manifeſtationē alicuius ordinātur. ſed aduentꝰ xp̄i ad iudicium debet eſſe occultus. Vn̄. i. Theſſal. v. dicitur. Dies domini ſicut fur in nocte veniet. ergo ſigna non debent ipſum precedere. Tertio ſic. Tempus primi aduentus fuit precognitum a prophetis. quod non eſt de ſecūdo aduentu. ſed primum aduentū chriſti non preceſſerunt aliqua ſigna. ergo nec ſecūdum p̄cedēt.

Quarto ſic. Corpora celeſtia inalterabilia ſunt. ergo non obſcurabuntur. Quinto ſic. Cum ſtelle ſm ſubſtantiaꝫ et ſitionē ſint perpetue et immutabiles non videtur ꝙ de celo debeant cadere.

Sexto. Angeli ſunt beati. beatitudo vero excludit omnem miſeriam et mutabilitatem. videtᷣ ꝙ virtutes celoꝝ que dicuntur angeli nullo modo poſſūt dici timore affici vel moueri. In oppoſitum eſt euangelium p̄ſens. Reſpondeo dicendum ſub iſta concluſione. ꝙ ſigna que deſcribuntᷣ in hoc euangelio p̄cedent futurum iudicium. Iſta cōcluſio ſic declaratur ex dictis i ſuperiori queſtione. Dictum eſt em̄ ꝙ xp̄s ad iudicandum veniens in forma glorioſa apparebit ꝓpter auctoritatem que iudici debetur. ad dignitatem autem iudiciarie poteſtatis pertinꝫ habere aliqua iudicia que ad reuerētiaꝫ et ſubiectionē inducant. et ideo aduentus chriſti ad iudicium venientis mlta ſigna p̄cedent. vt corda hominum in ſubiectionē venturi iudicis adducantur. et ad iudicium p̄parentur. et inter alia hec que in euangelio deſcribuntur. Ad rationes in contrarium. Ad p̄mam reſpondetur ꝙ ſm quod dicit Auguſtinus in li. ad Elicium. Circa finem mūdi erit vniuerſalis ꝑſecutio malorum contra bonos. Vnde ſicut aliqui timebunt. ſcilicet boni. et aliqui ſecuri erunt. ſ. mali. Qd̄ ergo dicitur. Cum eniꝫ dixerint pax et ſecuritas ⁊c̃. Ad malos referendum eſt. qui ſigna futuri iudicii ꝑuipendent. Ad bonos vero pertinet quod hic in euangelio dicitur. Areſcentibus hominibus pre timore ⁊c̃. Ad ſecūdam reſpondetur ꝙ dies domini dicitur ſicut fur venire in nocte. non ꝙ dominus ad iudiciū ſit venturus de nocte. immo veniet de die in luce clariſſima ſicut aſcendit. ſed quia ignoratur tempꝰ determinatum qd̄ per ſigna illa cognoſci non poterit. Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam Et ratio eſt. quia non eſt ſimile de p̄mo aduentu ⁊ ſecūdo. In p̄mo eniꝫ aduentu chriſtꝰ venit occultus q̄uis determinatum tempus eſſet p̄us precognitum a ꝓphetis. et ideo non oportebat huiuſmodi ſigna in primo aduētu apparere ſicut apparebūt in ſecundo aduentu. in quo manifeſtus veniet quamuis determinatum tempus ſit occultū. Ad quartam reſpondetur. ꝙ corpora celeſtia non obſcurabuntur per p̄uationem ꝓprii luminis cum ſit eis naturale. corpora autem celeſtia manebunt in ſua natura integra. ſꝫ iſta obſcuritas erit reſpectu noſtri per interpoſitionē alicuius corporis opaci. quēadmodum ſit in eclipſi. Luna vero dicitur non datura lumen ſuū. Mathei Viceſimoquarto. quod poteſt dupliciter itelligi. Vno modo quia erit interpoſita inter terram et ſolem. et pars lune que eſt verſus terram obſcurabitur.

cum nõ habeat lumen niſi a ſole.
Alio modo per interpoſitionem
nubium obſcurantium. Ad qui
tam de ſtellis. ꝙ ſtelle nõ cadũt
de celo q̃ꝫ tum ad eoꝝ ſubſtantiã
cum ſint incorruptibiles. ſed ſm
apparentiam. quia vere ſtelle ab
ſcondentur nubium denſitate. et
de nubibus verſus terram deſcẽ=
dent exhalationes ignite que di=
cuntur ſtelle cadentes. Vel vt di
cit Albertus magn⁹. ꝙ ſtelle di
cuntur cadere non quantũ ad ſub
ſtantiam ſuam. ſed q̃ꝫ tum ad ca=
ſum ſue virtutis quã habent mõ.
Ad ſextam reſpondetur ꝙ vir=
tutes celoꝝ dicuntur moueri q̃a
tunc multa terribilia facient ad
terrorem hominum. Hec autem
motio in nullo contradicit ſtatui
beatitudinis angeloꝝ. vt ptꝫ. et
ita ratio in nullo ꝓcedit.

D queſtionem quartam
qua queritur. Vtrum tẽ
pus futuri iudicij põt de=
terminate ſciri ab aliquo homi=
ne. ſic ꝓceditur. et videtur ꝙ ſic.
Primo ſic. Sicut enĩ ſancti pa= vt hec 4 sen. d. 47. q. 1. ar. 1. q. 3.
tres expectabant p̃mũ aduentũ.
ita nos ſecũdum expectamus. ſꝫ
ſancti patres ſciuerunt tempus
aduentus p̃mi. ſicut p numeꝝ eb
domadarum que deſcribunt̃ Da
nielis. ix. ergo videtur ꝙ et nob
eſt poſſibile ſcire tempus ſecũdi
aduentus determinatum. Secũ=
do ſic. Per ſigna deuenimus i co
gnitionem ſignatoꝝ. ſed de iudi=
cio multa ſigna i hoc euangelio
nobis deſcribuntur. ergo in cog=
tionem illius tempis poſſum⁹ de
uenire. Tertio ſic. Scdꝫ Augu
ſtinũ in fine de ciuitate dei. ſexta
etas currit ab aduentu chriſti vſ
qꝫ ad finem mundi. ſed ſcitur quã
tum p̃cedentes etates durauerũt.
ergo ſciri põt quantum iſta etas
durare debeat. per comparatio=
nem ad alias. Quarto ſic. Ma=
gnum et puum. diuturnum ⁊ bre
ue relatiue dicuntur de vno p cõ=
parationem ad aliud. ſed temp⁹
illud quod eſt ab aduentu chriſti
vſqꝫ ad finem mundi dicitur eſſe
breue. vt patet. i. Coꝝ. vij. Tẽ=
pus breue eſt Et in eadẽ. x. nos
ſumus in quos fines ſeculoꝝ de=
uenerunt. Et. i. Iohan. ij. Nouiſ=
ſima hora eſt. ergo hoc dicit̃ pẽ
comparationem ad tempus p̃ce=
dens. ergo ſaltem hoc videtur ſci=
ri poſſe. ꝙ multo breuius eſt tẽ=
pus ab aduentu chriſti vſqꝫ ad fi
nem mundi q̃ꝫ a p̃ncipio mũdi vſ
qꝫ ad chriſtum. In oppoſitũ eſt
illud Mathei. xxiiij. De die illa
et hora nemo ſcit nec angeli ce=
loꝝ. Secũdo ſic. Si deberet ali=
quibus reuelari. p̃cipue reuelatũ
fuiſſet querentibus apoſtolis qui
doctores totius mundi inſtitue=
bantur. ſed eis de finali aduentu
domini querentibus reſponſum
eſt. Actu. p°. Non eſt veſtꝝ noſ
ſe tempora vel momenta que pa=
ter poſuit in ſua poteſtate. ergo
multominus eſt alijs reuelatum
Reſpondeo dicendũ ſub iſta cõ
cluſione ꝙ tempus determinatũ
futuri iudicij nõ põt cognoſci ab
aliq̃ puro homine. a ſolo enĩ deo
et ab homine chriſto cognoſcit̃
Probatur enim iſta concluſio iu
xta ſanctum thomam in queſtio
nibus de potentia dei. q2 duplex
eſt modus quo poſſumus cogno
ſcere futura. ſcꝫ per cognitionem
naturalem et per reuelationẽ. na
turali quidem cognitione cogno
ſci nõ poteſt determiate finis mũ
di. quia eius nõ eſt alia cã niſi vo
luntas diuina quam quidem cau
ſam naturali cognitione cogno=
ſcere non poſſumus. Per reuela
tionem vero licet ſciri poſſet ſi de
us vellet reuelare. non tamen cõ
gruum eſſet ꝙ reuelaret̃ niſi ho
mini chriſto. et hoc q2 finis mũ=
di non erit niſi completo nume=
ro electoꝝ. cuius completio eſt
quedam executio totius diuine p̃
deſtinationis. Vnde non compe
tit reuelationem fieri de fine mũ=
di niſi ei cui fit reuelatio de tota
p̃deſtinatione diuina. ſcꝫ homi=
ni xp̃o. per quem tota diuina p̃=
deſtinatio totius humani gene=
ris q̊dammodo impletur. Vnde
dicitur Iohan. v. Pater enĩ dili=
git filium et omnia demoſtrat ei
que ipſe facit. Ad rationes i op
poſitum Ad p̃mam reſpondetur
negando conſequentiam Et ratõ
eſt. quia non ẽ ſimile de p̃mo ad
uentu et ſecũdo. quia p̃mus aduẽ
tus xp̃i nobiſ parabat viã ad me
rendum per fidem et alias v̇tu=
tes. et ideo ex pte noſtra require
batur p̃mi aduentus noticia. vt
credendo in euꝫ qui ventur⁹ erat
et per eius gratiam mereri poſſe
mus. In ſecũdo autem aduentu
p̃mia reddentur ꝓ iuſtis. ⁊ ſic ex
parte noſtra non requiritur quid
agamus aut quid cognoſcamus
ſed quid recipiamus. Vnde non
oportet p̃cognoſcere determina
te tempus illius aduentus. Ad
ſecũdam reſpondetur negãdo cõ
ſequentiam Et ratio eſt. quia il=
la ſigna poſita ſunt ad manifeſtã
dum ꝙ quandoqꝫ mundus finie
tur. non autem ad manifeſtandũ
determinatum tempus quãdo fi
nietur. Ponuntur autem inter il
la aliqua ſigna que quaſi a mun
di exordio fuerũt. ſicut ꝙ ſurget
gens contra gentem. et ꝙ terre=
motus erunt per loca. ſed inſtan
te mundi fine hec habundanti⁹
euenient. Que autem ſit illa men
ſura horum ſignoruꝫ que ante fi
nem mũdi erit manifeſtuꝫ nobis
eſſe non poteſt. Ad tertiam re
ſpondetur negando conſequenti=
am Et ratio eſt. quia ſicut augu
ſtinus dicit li. lxxxiij. queſtione.
vlti. Etas mundi comparatur vl
time etati hominis. que determi
nato numero annorum non diffi=
nitur. ſicut alie etates diffiniun=
tur. ſed quandoqꝫ tantum durat
quantum omnes alie vel etiã am
plius. Vnde etiã iſta vltima etas
mundi nõ poteſt determinato nu
mero annorum generationẽ dif=
finire. Ad quartam reſponde=
tur negando conſequentiã Et ra
tio eſt. quia ex hoc ꝙ dicitur. no
uiſſima hora. vel ex ſimilibus lo
cutionibus que in ſcriptura dicũ
tur. non videtur aliqua determi
nata quantitas temporis ſciri.

Non enim illa ſunt dicta ad ſig=
ficandum breuem horaʒ ipſi⁹ tē=
poris. ſed ad ſignificanduʒ ſtatū
mundi qui eſt q̄ſi nouiſſima etas
que quanto tempe duret non eſt
diffinitum. non enim leg ieuāge=
lice ali⁹ ſtatus ſuccedet. que ad
perfectum adducat. ſicut ipa ſuc
cedit legi veteri. et lex vetus le=
gi nature.

In dominica tertia eſt
euangelium. Cum au
diſſet Iohānes i vin=
culis opera xp̄i. Ma=
thei. xi. Circa quod occurrunt ſe=
quentes queſtiones diſputande.
Prio. Vtꝝ beatus Iohannes
bap̄. dubitauerit an xp̄s eſſʒ qui
mittendus erat ſaluator mundi.
Secūdo. Vtrum xp̄us conuenien=
enter reſpondit ad queſtiōem io=
hannis. Cum ait. Dicite. Iohā=
ni. Ceci vident ⁊c̄. Tertio. Vtꝝ
beatus Iohannes fuerit plus q̄
ꝓpheta.

Ad p̄mam ſic ꝓceditur q̄
queritur. Vtruʒ beat⁹ io=
hannes dubitauerit an
xp̄us mittend⁹ erat ſaluator mū=
di. ſic ꝓceditur Et videtur q̄ ſic.
Primo. Quia queſtio eſt dubi=
tabilis ꝓpoſitio. Ipſe auteʒ que
ſiuit vtrum ipſe xp̄us eſſet q̄ ven
turuſ erat ſaluator mūdi. ergo vi
detur dubitaſſe. Secūdo. Dicit
ſic Greg̃. in omelia q̄ beatus io=
hannes petiuit an ſicut ꝓ homi=
nibus naſci dignatus eſt. an etiā
ꝓ hominibus mori ⁊ ad inferos
deſcendere dignaretur. ergo vide
tur q̄ dubitauerit. In oppoſitū
eſt. q̄ ipſe teſtimoniu de eo phi=
buit q̄ eſſet agnus dei qui pctā
mundi tolleret. Ioh̄. p°. ergo nō
dubitauit. Reſpondeo dicendum
q̄ circa hanc queſtionem fuerūt
varij modi dicendi. Beatus Gre=
gorius dixit q̄ beatus Iohānes
nō dubitauit vtrum xp̄us eſſʒ ſal
uator mundi. ſed dubitauit vtrū
ſicut natus erat i humanitate no
ſtra. ita etiam moreretur ꝓ ſalu=
te humana. ſed hec reſponſio nō
videtur conueniens. quia Iohan=
nes non fuit minus illuminat⁹ q̄
ꝓphete veteris teſtamenti. pro=
phete autem cognouerunt chri
ſtum non tantum naſciturū in car
ne ꝓpter nos. ſed etiam morituꝝ
vt habetur Yſaie. liij. Tāq̄ ouis
ad occiſionem ductus eſt. g° mł=
tofortius Iohannes qui fuit pl⁹
q̄ ꝓpheta. cognouit. Iteʒ Iohā
nes de chriſto p̄dixerat ſicut di=
ctum eſt. Ecce agnus dei Ioh̄. i.
q̄ non dixiſſʒ vt videtur. niſi vidiſ
ſet eum immolandū ꝓ ſalute mū
di. Alij vt Ambroſius dicūt. q̄
triplex eſt dubitatio. Vna infide
litatis. que fuit i iudeis. Alia tar
ditatis. q̄ fuit in diſcipulis. Alia
eſt pietatis. q̄ fuit in iohāne ba=
ptiſta vt Ambroſius videtur di=
cere. q̄ beatus Iohannes nō fe=
cit illam queſtionem xp̄o. Tu es
qui venturus es. dubietate. ſʒ q̄=
dam pietate. modo quo dixerat.
Petrus quando audiuit chriſtū
iturum iheruſalem et paſſurum ⁊
morituꝝ ibi. Abſit a te domie vt
hoc fiat. Sciebat enim Iohānes
xp̄m morituꝝ ꝓ humano genere
et ad infernum deſcenſurum. ſed
compatiēdo morti eius. queſiuit
per modum dubitantis. ſed hoc
non exp̄mitur in verbis iohānis.
et ideo tertij dicūt vt Auguſti.
et Chriſ. cū quib⁹ tenendū ē. q̄
Iohannes non dubitauerit de p̄=
dictis. quia certitudinalit̃ cogno
uit. ſed diſcipuli eius qui nō erāt
ſic illuminati dubitauerunt. ⁊ iō
Iohannes per diſcipulos ſuos q̄
ſtionem ꝓpoſuit. nō ꝓpter ſui du
bitationem. ſed diſcipuloꝝ heſi=
tationeʒ. quaſi diceret. Sepe vos
ammonui ⁊ non credidiſtis mihi
q̄ ipſe eſſet. Ecce mitto duos ex
vobis et dicite. Tu es qui ventu
rus es ⁊c̄. vt per voſipſos certifi=
cati. magis acquieſcatis. ego em̄
non ſum xp̄us. ſed ipſe qui ſpiri=
tum non accepit ad menſuram. et
hoc de iſta queſtione. Ex dictis
patet reſponſio ad obiecta. Ad
p̄mum dicitur q̄ non erat dubita
tio Iohannis ſed diſcipulorum.
Ad ſecūdum reſpondetur q̄ ex
poſitio Gregorij non recipitur in
hac parte.

Ad ſecūdam queſtionē q̄
queritur. Vtrum chriſt⁹
conuenienter reſpondit
queſtioni Iohannis. Et videtur
q̄ non. Primo ſic. In p̄mo ad=
uentu venturus erat in infirmita=
te. ſm illud Yſa. liij. Tāq̄ viruʒ
doloꝝ et ſcientem infirmitatem.
ſed opera miraculoꝝ magis per
tinent ad virtutem et maieſtateʒ
q̄ ad infirmitatem. ergo nō con=
uenienter reſpondit ſe eſſe q̄ ven
turus erat in carnem per operati
onem miraculoꝝ. Secundo ſic.
Miracula que xp̄s fecit ab alijs
facta ſunt. ergo per talia nō con
uenienter reſpōdebat q̄ ipe erat
qui venturus eſſet ad ſaluanduʒ
mundū. In oppoſitum eſt euan=
gelium p̄ſens. et illud Iohan. v.
Opera que mihi dedit pater vt
faciam. ipſa teſtimoniū phibent
de me. Reſpondeo dicendum q̄
xp̄us conuenienter reſpōdit. Re=
ſpondit enim non per verba. ſed
pē facta faciens in cōſpectu di=
ſcipuloꝝ Iohānis miracula mł=
ta manifeſte declarantia q̄ ipſe
eſſet chriſtus. hoc eſt qd̄ dicitur.
Renunciate Iohanni q̄ audiſtis
in doctrinis et vidiſtis in miracu
lis Ceci vident ad p̄ceptum me=
um qd̄ ſolius dei eſt. Ad ratio=
nes in oppoſitum dicendū. Ad p̄=
mam reſpondetur negando conſe
quentiam Et ratio eſt. q2 licet fi
lius dei venturus erat in p̄mo ad
uentu infirmitate carnis. ventu=
rus tamen erat in virtute dei. qd̄
manifeſtandū erat per miracula
Vnde Yſa. xxxv. ait ꝓpheta. De=
us ipſe veniet ⁊ ſaluabit noſ. tūc
aperientur oculi cecoꝝ. et aures
ſurdoꝝ patebunt. tūc ſaliet ſicut
ceruus claudus ⁊c̄. Ad ſecun=
reſpondetur negando aſſumptuʒ
Dicimus enim q̄ a nullo ſancto
rum facta fuerunt miracula pro=
pria virtute ſicut a xp̄o facta fūt
Vn̄ manifeſtū argumentum fuit
ſue diuinitatis et q̄ ipſe erat qui
venturus erat ſaluator mūdi.

Ad tertiaʒ queſtionem q̄
queritur. Vtrū Iohan=

post th. 22. q. 174. ar. 4. ad 3.

nes fuit plus q̃ ꝓpheta. ꝓcedit
ſic. Beatus Johannes nõ fuit ꝓ
pheta vt ipſe dicit de ſeipſo Joh.
p°. ergo non fuit plus q̃ ꝓphe-
ta. Secũdo ſic. Math. xi. dicitur
Lex et ꝓphete vſq; ad Johem.
ergo videt̃ ꝙ Johannes nõ fue
rit ꝓpheta. Tertio. Propheta
dicitur qui ꝓcul in futuꝝ fat̃. ſed
beatus Johannes nõ ꝓphetauit
ꝓcul de xp̃o in futuꝝ ſed p̃ſentez
digito oſtẽdit. ergo videt̃ ꝙ nõ
poteſt dici ꝓpheta. In oppoſitũ
eſt p̃ſens euangelium. Reſpon-
deo dicendum ſub iſta concluſio-
ne. ꝙ beatus Johannes fuit pro
pheta et plus q̃ ꝓpha. patz cõ-
cluſio Primo teſtimonio chriſti.
Secũdo ſic. Qd̃ fuerit ꝓpheta
dicitur Luce p°. Tu puer ꝓphe-
ta altiſſimi vocaberis. qd̃ vero fu
erit plus q̃ ꝓpheta. patet p̃mo.
q2 ꝓphete ẽ futura p̃dicere. iſte
autem non ſolum futura ſed etiã
p̃ſentia oñdit dicens. Ecce agn9
dei ⁊c̃. Hec ratio tangit̃ in hym-
no cũ d2. Ceteri tantum cecinere
vatũ corde p̃ſago iubar affutuꝝ
Tu quidem mũdi ſcelus auferen
tem iudice ꝓdis. Secundo. q2
ante vſum vite motum oſtendit
ꝓphete. luce p°. Vt facta ẽ vox
ſalutationis tue in auribus meis
exultauit in gaudio ifans in vte
ro meo. Tertio. quia non ſolum
ꝓpheta ſed baptiſta xp̃i fuit.
Quarto. quia ſup hoc ꝙ ꝓphe-
ta fuit. fuit etiam p̃curſor chriſti
Luce p°. Penbis enim ante fa-
ciem domini parare vias eius.
Quinto ſic. quia ſicut xp̃us pro-
phetizatus eſt ab eo et ab alijs
ꝓphetis. ita beatus Johãnes ab
alijs ꝓphetis nunciatus eſt. Vn-
de ſaluator ipſe volens oſtende-
re qualiter Johannes pl9 q̃ ꝓ-
pheta fuiſſet. ſtatim ſubdit. hic
eſt de quo ſcriptũ eſt. ſcz Mala-
chie. iij. Ecce mitto angelũ meũ
ante faciem tuam. ſunt verba pa
tris ad filiũ. Ad rationes in op
poſitũ Ad p̃maz reſpondetur ne-
gando antecedens. ad ꝓbationez
dicimus ꝙ Johannes non nega-
uit ſe eſſe ꝓphetaz abſolute. nec
ꝓphetam miſſum ante xp̃m. ſed
negauit ſe eſſe illuz ꝓphetã de q̃
loquitur ſcriptura Deutro. xviij.
Prophetam ſuſcitabit vobis de9
de fratribus veſtris ipſum audi-
etis ⁊c̃. que quidem auctoritas
ſꝫm veritatem intelligenda ẽ ad
litteram de chriſto. licet iudei vt
dicat magiſter Nicolaus de lyra
intelligãt de alio ꝓpheta. Ad
ſecũdam reſpondetur negãdo cõ-
ſequentiaz et ad auctoritatẽ ma-
thei. xi. reſpondetur ꝙ ꝑ illd̃ vẽ-
bum non eſt itelligendũ ꝙ poſt
ſe non fuerint alij ꝓphete cũ de9
dicat math. xxiij. Ecce mitto ad
vos ꝓphetas et ſcribas ⁊c̃. Itez
Luce. ij. Anna ꝓphetizauit. ſꝫ io
dicitur lex et ꝓphete vſq; ad io-
hannem. quia in lege et ꝓphetiſ
veritas de xp̃o erat ſub figuris ⁊
enigmatibus tradita. ſed a iohe
eſt manifeſte oſtenſa dicente. ec
ce agnus dei ⁊c̃. Ad tertiaz re
ſpondetur mxta Albertum ꝙ ꝓ-
pheta capit̃ dupliciter. Vno mõ
ſtricte et ꝓp̃e. ſ. qui ꝓcul in futu-
rum fatur de verbo et ſacramen-
tis. et hoc accipitur ꝑ diuinaz in
ſpirationem. Alio mõ dicit̃ pro-
pheta large. ſcz habens diuinaz
inſpirationem de verbo et ſacra-
mentis eius. et hoc mõ beat9 io-
hannes fuit ꝓpheta et non p̃mo
modo.

N Dominica quarta
legitur euangeliũ In
illo tempore. Miſerũt
iudei a iheroſolimis.
Joh. p°. Circa quod p̃nt diſputa
ri ſequentes queſtiones. Prima
eſt. Vtrum beatus Johãnes be-
ne reſpondit ad interrogationez
ſacerdotũ et leuitaꝝ querentium
Tu quis es. Secũda eſt. Vtrũ
fuerit conueniens Johannẽ bap
tizare. Tertia eſt. Vtrũ cõueni
ens fuit vt xp̃s inter homies cõ-
uerſaretur.

D p̃mam queſtionem in
qua queritur. Vtrũ Jo-
hannes bene reſpondit
ad interrogationem ſibi factam
per ſacerdotes et leuitas. Tu q̃s
es. Et videtur ꝙ non. Primo in
hoc ꝙ reſpondit. Non ſum ego
xp̃us cũ de hoc ñ videat̃ fuiſſe in
terrogatus. Secũdo videt̃ ma
le reſpõdiſſe. cũ dixit ſe non eſſe
Heliam cũ Math. xi. Xp̃s dicat
de eo ipſe eſt helias. Tertio vi
detur male reſpondiſſe cũ inter-
rogatus ſi eſſet ꝓpheta reſpõdit
ſe non eſſe ꝓphetam. Quarto
videtur male reſpondiſſe cũ intẽ-
rogatus dicat ſe eſſe vocem cla-
mantis in deſerto. In oppoſitũ
eſt. quia Johannes cũ eſſꝫ reple
tus ſp̃uſancto ex vtero m̃ris ſue.
et ꝑ conſequẽs illuminatus a d̃o
cõgruum fuit vt non reſponderet
niſi bene. Ad rationes in oppoſi
tum Ad p̃mam d2. ꝙ licet exp̃ſ-
ſe non fuerat interrogatus an eſ
ſet xp̃us. iſta tamen erat intentõ
illoꝝ querendi et ſciendi. an eſſet
xp̃us. Cũ em̃ tp̃e quo viuebat io
hannes eſſet famoſa opinio. et
maxime in iheruſalem vbi vige-
bat ſtudiũ legis et ꝓphetaꝝ. ꝙ
tempus aduentus meſſie eſſꝫ de
ꝓximo. et meſſiam de ꝓximo ex-
pectabant. Preterea videbant
Johannis baptiſte mirabilẽ na-
tiuitatem et eius excellentem ſã
ctitatem. ideo erant moti ad opi-
nandũ ipſum eſſe xp̃m. propt̃ qd̃
miſerunt ſolẽniores nũcios ad io-
hannem. volentes ſuper hoc ſcie-
re voluntatem eius. et ita rc̃e be-
atus Johannes dicens ſe non eſ
ſe xp̃m reſpondit intentioni eoꝝ
Hoc em̃ querebant. Tu q̃s es. vt
reſponderet eis ſi eſſet xp̃s vl' nõ
Ad ſecũdam dicitur ꝙ optime
reſpondit negando ſe eſſe Heliã.
quia ita erat i veritate ꝙ ñ erat
Helias in p̃ſona. xp̃us autem di-
xit eum Heliam non in p̃ſona. ſed
in ſpiritu et virtute. quia ſcz ſimi
litudinem Helie in ſuis operibus
demonſtrabat. Et hoc ſpecialit̃
in tribus. Primo in officio. q2 ſic̃
Helias ſꝫm dñi aduentũ p̃ueniet
ita Johannes p̃ceſſit p̃mũ. Vnd̃
angelus dixit. Ipſe p̃cedet añ il-
lum. Secũdo in auſteritate vite
quia Helias in deſerto morabat̃
parce vtebatur cibo. et duris ve

ſtibus operiebatur. vt dicitur. iiij.
Regū. xvij. Ita Johannes in deſ
to eſca eius erant locuſte et mel
ſilueſtre. ⁊ zona ei⁹ de capillis ca
meloꝝ. Tertio ꝙtū ad zelū quia
Helias maximi zeli fuit. Vn̄ dice
bat. iij. Regū. xix. Zelo zelat⁹ ſuz
ſic et Johes zelo veritatis mortu
us eſt. Ad tertiaz reſpondetur
ꝙ bene rn̄det negando ſe eſſe ꝓ-
phetam. Negauit quidē ſe eē ꝓ
phetam. nō abſolute ſed illū ex-
cellentiſſimū de q̄ ipſi querebāt.
⁊ de q̄ ſcriptura loq̄tur. Deutro.
xviij. Suſcitabit vobiſ dn̄s ꝓphe
tam de fratribus veſtris ⁊c. que
ſcriptura ad lr̄am ē intelligenda
de xp̄o. Vl' negauit ſe eſſe ꝓphe
tam qꝛ non fuit ꝓpheta ſimplicit̄
ſiue tm̄. ſed plus ꝙ̄ ꝓpheta. alij
namqz ꝓphete ſola futura p̄dica-
bāt et a remotis. Johes v̄o xp̄z
p̄ntem nūciauit digito oſ̄dens. d.
Ecce agnus dei. ecce qui tollit
peccata mūdi. Ad q̄rtam rn̄de
tur. ꝙ etiam bene reſpōdit dicēs
ꝙ eſſet vox clamantis in deſerto
⁊c. Beatus em̄ Johannes cū eſ-
ſet deuotiſſim⁹ adiplens qđ apo
ſtolus dicit ad Gal'. ij. ſcz. Viuo
ego iam. non ego ſed viuit ī me
xp̄us. Non rn̄dit ego ſum fili⁹ za
charie vel talis et talis. ſed illud
in q̄ xp̄m ſequebat̄. vn̄ dixit ego
vox clamantis in deſerto ⁊c. Di
cit autem ſe vocez eſſe qꝛ vox ori
gine poſterior ē verbo. ſed noti-
cia prior. Nam verbū in corde con
ceptū p vocem ꝓlatū cognoſci-
mus cū ſit ſignum eius. De⁹ aūt
pater p̄curſorem miſit iohannez

in tempe factum. vt verbū ſuuz
ab eterno conceptū annunciaret
Et iō congrue dicit iohes. Ego
vox clamātis in deſerto ſcz iudee
dirigite viam dn̄i. id eſt ego ſum
ille de q̄ ſcriptura ſancta loquit̄.
Yſa. xl. Ego vox clamātis in de-
ſerto. vt homines ſe ad aduentū
xp̄i in mundū ꝑparent. Et ſic ptz
ꝙ iohannes in omnibus bene re
ſpondit ad interrogationem ſibi
factam. Tu quis es.

[A]D ſecūdam queſtionem
qua querit̄. Vtrū fuit cō
ueniens Johannē bapti
zare ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ n̄
Primo ſic. Omnis em̄ ritus ſac̄
mentalis ad aliquaz ptinet legē
ſed Johes non introduxit nouaz
legem. g° inconueniens fuit ꝙ io
hannes nouū ritum baptizandi i
troduceret. Secūdo ſic. Johan
nes fuit miſſus a deo in teſtimo-
niū tanq̄ ꝓpheta. ſm̄ illud luce
p°. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vo
caberis. ſed ꝓphete qui fuer̄t an̄
xp̄m non introduxerūt nouū rituz
ſed ad obſeruantiam legalium idu
cebant. vt patet Malach. vlti.
Mementote moyſi ſerui mei. g°
nec Johannes nouū ritū baptizā
di inducere debuit. Tertio ſic.
Vbi eſt alicuius rei ſuperfluitaſ
non eſt ad illud aliud addendum
ſed iudei excedebant in ſupfluita
te baptiſmatū. vt dꝛ Marci. vij.
ꝙ phariſei et omēs iudei niſi cre
bro lauent manus nō manducāt
et in ſero niſi baptizent̄ n̄ cōme-
dunt et alia mlt'a que tradita ſūt
illis ſeruare. vt baptiſma calicū.

ergo inconueniens fuit ꝙ iohes
baptizaret. Quarto ſic. Baptiſ-
mus iohis nō videt̄ eſſe a deo. er
go incōueniens fuit iohem talez
ritū introducere. cōſequētia patz
an̄cedens ꝓbat̄ ſic. Nihil em̄ ſa-
cramētale qđ ē a deo denoiat̄ ab
hoie puro. Vn̄ baptiſm⁹ noue le
gis n̄ dꝛ petri aut pauli. ſ3 baptiſ
m⁹ denoiat̄ a iohe. dꝛ em̄ baptiſ-
mus iohis ergo non ē inſtitut⁹ a
deo. Quinto ſic. Alia ſacr̄a non
habuer̄t aſſuefactoria. ergo nec
baptiſmus xp̄i debuit hr̄e baptiſ
mū iohannis vt aſſuefaceret ho
mines ad baptiſmū xp̄i. In op-
poſitū ē euangeliū pn̄s et math.
iij. vbi p̄miſſa ſanctitate iohānis
ſubdit̄ ꝙ exibāt ad eū multi ⁊ ba
ptizabant̄ in iordane. Rn̄deo di-
cendū ſub iſta cōcluſione ꝙ con-
uenīēs fuit iohem baptizare. que
cōueniētia colligit̄ ex q̄tuor. Pri
mo qꝛ oportebat xp̄m baptizari
a iohanne vt baptiſmū cōſecrarz
vt dicit Aug⁹. ſup Johem. Se-
cūdo vt xp̄us manifeſtaret̄. Vn̄
Johannes baptiſta dicit Johan
nis p°. Vt manifeſtet̄. ſ. xp̄s in
iſrael. ꝓpterea veni ego in aq̄ ba
ptizans. Cōcurrentibus em̄ tuḃ
annūciabat xp̄m. qđ q̄dez facili⁹
ſic factū ē q̄ ſi p ſingulos diſcur
riſſet. vt Chriſ. dicit ſup Johan.
Tm̄ em̄ officiū Johis p̄dicādo et
baptizando ordinabat̄ ad maife-
ſtationē xp̄i. Tertio vt ſuo bap-
tiſmo aſſuefaceret hoies ad bap
tiſmū xp̄i. Vn̄ Greg. dic̄ in q̄dam
Omelia ꝙ ideo baptizauit iohā
nes vt p̄ceſſionis ſue ordinē ſer-
uans qui naſcituꝝ dn̄m naſcendo

p̄uenerat. baptizando q̄z baptiza
tuꝝ p̄ueniret. Quarto vt ad pei-
tentiā hoies iducēs ꝑpararet ad
digne ſuſcipiēdū bapm xp̄i. Vn̄
Bed. dic̄ ꝙ q̄tū catecuminiſ nōdū
baptizatis ꝓdeſt doctrina fidei.
tm̄ ꝓfuit baptiſmus iohis an̄ ba
ptiſmū xp̄i. qꝛ ſic ille p̄dicabat pe
nitentiā. et baptiſmū xp̄i ꝓnūci-
abat. et in cogtionē v̄itatis q̄ mū
do apparuit attrahebat. ſic mini
ſtri eccleſie q̄ p̄mo erudiūt p⁹ ea
peccata eoꝝ redarguunt. deinde
baptiſmo xp̄i remiſſioz ꝓmittūt.

Ad rōes in oppoſitū Ad p̄mā
rn̄det̄ negādo ꝯn̄am Et rō ē. q̄a
baptiſmus iohis nō erat p ſe ſac̄
mentū ſed q̄ſi q̄ddam ſacramēta-
le diſponēs ad baptiſmū xp̄i. ⁊ iō
aliq̄liter ptinebat ad legē xp̄i. nō
aūt ad legē moyſi. Ad ſecūdaz
rn̄detur negādo ꝯn̄az Et rō ē. q̄a
Johanneſ nō ſolū fuit ꝓpheta ſ3
plus q̄ ꝓpha. vt dꝛ Math. xi. fu-
it em̄ termin⁹ legis et initiū euā
gelij. et iō magis ptinebat ad eū
verbo et ope iducere hoies ad le
gē xp̄i q̄ ad obſeruantiā veteris
legis. Ad tertiam rn̄det̄ negan
do ꝯn̄am Et rō ē. qꝛ baptiſmata
illa phariſeoꝝ erant in aq̄. vtpo-
te ad ſolā mūdiciā carnis ordiata
ſed baptiſmus iohannis ordiaba
tur ad mūdiciā ſpūalē. inducebat
em̄ hoies ad piam. vt dictū eſt
Ad q̄rtam rn̄detur negando aſ-
ſumptū. Naz dꝛ Joh. p°. Qui me
miſit baptizare in aquiſ ille dixit
mihi ⁊c. Et ita baptiſmus iohan
nis fuit inſtitutus p̄cepto diuino
Vnde ritus ille baptizandi n̄ fuit

ab hoib⁹ ſed a deo qui familiari
ſpūſſancti reuelatione iohannem
ad baptizandū miſit. et ita iohes
pmus miniſter fuit inſtitutionis.
et deus actor pncipalis. q autez
denoiet a beato iohāne ē ꝓpt ea
vt dicit ſanctus tho. in. iiij. Tum
pmo. qꝛ ipe fuit baptiſmi inſtitu=
tor aliq mō. Petrus autem nullo
mō baptiſmi quo ipe baptizabat
Tū ſecundo. qꝛ nihil in illo bap
tiſmo efficiebat q iohes nō fa=
ceret. Tū tertio. qꝛ ſibi ſoli erat
datū illi⁹ baptiſmi miniſterium.
Ad quintā rn̄det negādo ꝯnaz
quia vt dicit dn̄s Bonauētura n
eſt ſil'e de baptiſmo xpi et de alijſ
ſacramētis. qꝛ cū baptiſmus ē p=
mū et neceſſariū congrue habuit
pambulū. qꝛ em̄ ē neceſſariū op
tebat oīs ſuſcipe qꝛ pmū ne ho
mines inhabiles eſſent et impa
rati oportet q pcederet aliqd ſi=
mile. non ē ſic de alijs ſacramen=
tis. Baptiſmus em̄ ſuſceptus di=
ſponit ad cetera alia et iō nō in=
diguit alia aſſuefactiōe immo aſ
ſuefactio baptiſmi alia aſſuefecit

D tertiam queſtionez in
qua querit. qꝛ dr in euan
gelio de xpo medius ve=
ſtrum ſtetit. id eſt conuerſatus ē
Vtrū conueniens fuit vt xpus in
ter hoies cōuerſaret vel vitā ſo=
litariam ageret. ſic pcedit. et vi
detur q non fuit cōue niēs eū int
ter hoies cōuerſari. Primo ſic.
Oportebat q xpus ſua cōuerſio
ne non ſolū ſe hoiem oſtenderet
ſed etiam deū. Sed deū nō cōueit
cū hoibus cōuerſari. Dicitur em̄
Danielis. ij. Exceptis dijs qrum

3 pte. q. 40. ar. 1.

nō eſt cū hoibus cōuerſatio. Et
phus dicit pmo pollitic. q ille q
ſolitarie viuit. aut eſt beſtia ſi p=
pter ſeuitiam hoc faciat. aut eſt
deus ſi hoc faciat ꝓpter contem
plandam veritatē. ergo videt q
non fuit cōueniens xpm inter ho
mines conuerſari. Secūdo ſic.
Xps dū in carne mortali vixit de
buit pfectiſſimam vitā ducere. p
fectiſſima aūt vita ē cōtemplati
ua. ad vitam autem contempla=
tiuam maxime competit ſolitudo
ſm illud Oſee. ij. Ducam eaz in
ſolitudinē et loquar ad cor eius.
ergo videtur q xpus debuit ſoli=
tariam vitam ducere. Tertō ſic
Cōuerſatō xpi debuit eſſe vnifor
mis quia ſemp debuit in eo appa=
rere qd optimū eſt. ſed qn̄qz xpſ
ſolituriā vitam querebat turbas
declinans. Vn̄ Remigius dic ſup
Matheū. q xps tria refugia le=
gitur habuiſſe. nauim. montem
et deſertū. ad quoꝝ alteꝝ quoti
enſcūqz a turbis cōprimebat cō=
deſcendebat. g° ſemp debuit ſoli
tariam vitam ducere. In oppoſi=
tū eſt euangeliū pn̄s vbi dicitur.
Medius veſtrū ſtetit. id eſt inter
vos cōuerſatus eſt. et vitā cōmu
nez nobiſcū ducens. Reſpondeo
dicendū ſub iſta cōcluſione. Con
uenientiſſimū fuit xpm conuerſa
ri inter homines. patet conclu=
ſio. pmo ex illo Baruch. iij. poſt
hec in terris viſus eſt et cū homi
nib⁹ cōuerſatus eſt. Rōne ſic p=
batur. Cōuerſatio xpi talis debu
it eſſe vt cōueniret fini cōuerſati
ōnis ſm quem venit in mundum
Venit aūt in mundū. Primo q=

dem ad manifeſtandū veritatem
ſicut ipſe dicit Joh. xviij. In hoc
natus ſum et ad hoc veni in mū=
dū vt teſtimoniū phibeam verita
ti. et ideo nō debebat ſe occultare
vitam ſolitariam agens. ſʒ i pub=
licū pcedere publice pdicando.
Vn̄ Luce. iiij. dicit illis qui vole
bant eū detinere. quia et alijs ci=
uitatibus oportet me euangeliza
re regnū dei. qꝛ ideo miſſus ſum.
Secūdo venit ad hoc vt homies
a pctō liberaret. ſm illud. i. Thi
moth. p°. Xpus ihesus venit in
hūc mūdū peccatores ſaluos fa=
cere. et ideo vt Chriſ. dicit Licet
in eodē loco manendo poſſʒ xpus
homines ad ſe trahere. vt ei⁹ p=
dicationem audirent. non tn̄ hoc
fecit pbens nobis exemplū vt p
ambulemus et requiram⁹ peun=
tes ſicut paſtor ouez pditā ⁊ me=
dicus accedit infirmū. Tertio ve
nit vt p ipm habeamus acceſſuz
ad deū. vt dicit ad Rom. v. et ita
familiariter cū hominibus cōuē
ſando cōueniens fuit. vt omnibus
fiduciam daret ad ſe accedendi.
Vn̄ dictum eſt Mathei. ix. Fa=
ctum eſt diſcumbente eo i domo
Ecce multi publicani et pctōres
venientes diſcumbebant cū Ihe
ſu et diſcipulis eius. Ad ratio=
nes in oppoſitū Ad pmam reſpō
detur negando conſequentiaz Et
ratio eſt. quia xpus per humani
tatez voluit manifeſtare diuita=
tem ⁊ ideo conuerſando cū homi
nibus qd eſt ꝓpium hois mani=
feſtauit omnibus diuinitatez ſu=
am. pdicando et miracula facien

do et innocenter et iuſte intē ho
mines conuerſando. Ad ſecun=
dam reſpondetur negando conſe
quentiam Et ratio eſt. quia licet
vita contemplatiua ſimplicit ſit
melior q̄ actiua que occupatur
circa actus corpales. actiua tam̄
ſm quā aliquis pdicando et do=
cendo contemplata alijs tradit ē
pfectior q̄ vita que ſolū contem
platur quia talis vita pſupponit
habūdantiam contemplationis.
et ideo xpus talem vitam elegit.
Ad tertiam reſpondetur negā=
do aſſumptum Et ratio eſt. qa
actio xpi fuit noſtra inſtructio. ⁊
ideo vt daret exemplum pdicato
ribus q non ſemp ſe darent i pb
licū. ideo qn̄qz ſe dn̄s a turbis re=
traxit. qd quidem legitur feciſſe
ꝓpter tria. Qn̄qz quidez ꝓpt cor
poralem quietem. Vnde Marci
vi. dicitur. q dn̄s dixit diſcipulis.
Venite ſeorſum in deſertū locuz
et requieſcite puſillum. Erāt em̄
qui veniebant et redibant multi
et nec ſpaciū manducandi habe=
bant. Qn̄qz vero cauſa orationis
vt dicitur Luce. vi. Factū eſt in il
lis diebus. Exijt in montem ora=
re et erat pnoctans in orōne. vbi
dicit Ambro. q ad pcepta vtu=
tis ſue nos informat exemplo.
Qn̄qz vero vt doceat fauorē hu
manam vitare. Vn̄ ſup illud Ma
thei. v. Videns ihesus turbas aſ=
cendit in montem. dicit Chriſ. p
hoc q non in ciuitate et foro ſed
in monte et ſolitudine ſedit. eru=
diuit nos nihil ad oſtētationē fa
cere. ⁊ a tumultibus abſcedere ⁊

maxime cū de neceſſarijs diſputa
re oportea t. et tantum de iſta con
cluſione.

Eria quarta quatuor tē
porꝝ eſt illud euangeliuz
Luce p°. Miſſus eſt an=
gelus ⁊c̄. Circa quod queſtiones
diſputandas quere in feſto An=
nunciaonis Marie.

Eria ſexta euangeliū ē.
Exurgens Maria Luce
p°. Diſputanda ſup hoc
quere in feſto Viſitationis Ma
rie.

N die ſabbati euangeli
um. Anno xv. Luce. iij.
Venit ſcz Johannes in
omnem regionem iordanis. p̄di=
cans baptiſmum penitentie i re=
miſſionem pcc̄ōrum. Circa qd̄ ve=
nit diſputandum.

Trum baptiſmus io
hannis conferebat g̃
tiam. et videtur ꝙ ſic.
ex euangelio pn̄ti vbi
dicitur. ꝙ p̄dicabat baptiſmū pe
nitentie in remiſſionē peccatoꝝ.
Penitentia autez et remiſſio pec
catoꝝ eſt per gratiam. ergo ba=
ptiſmus Johannis cōferebat g̃=
tiam. Secūdo ſic. Baptizandi
a Johanne confitebantur pecca
ta ſua. vt habetur Mathei. iij. et
Marci p̊mo. Sed confeſſio pec=
catoꝝ ordinabatur ad remiſſiōez
que fit per gratiam. ergo baptiſ
mus Johannis conferebat gra=
tiam. Tertio ſic. Baptiſmꝰ Jo
hannis ꝓpinquior erat baptiſmo
xp̄i. q̄ꝫ circūciſio. ſed circūciſio cō=
ferebat gratiam per quaz remit
tebatur peccatum originale. er=
go idem ꝙ p̊us. Quarto ſic. Si
baptiſmus Johannis nullū ha=
bebat interius effectum. cū ablu
tio carnis pue aut nullius ſit vti=
litatis. videtur ꝙ baptiſmus Jo
hannis non fuit acceptandꝰ nec
approbandus. ſed hoc non videt̄
dicendum. ergo baptiſmus iohā
nis aliquam interius habuit ef=
ficaciam. et non niſi gratiam con
ferendo. ergo ⁊c̄. In oppoſitū
arguitur ex illo Mathei tertio.
vbi inquit Johannes. Ego qui=
dem baptizo vos in aqua per pe
nitentiaz. quod exponens Grego
rius in quadam Omelia dicit. io=
hannes non in ſpirituſancto ſed i
aqua baptizabat. qr peccata ſol=
uere non valebat. ſed gratia eſt
a ſpirituſancto. et per eum pec=
cata tolluntur. ergo baptiſmꝰ io
hannis gratiam non conferebat
Reſpondeo dicendum ſub iſta
concluſione. ꝙ baptiſmus iohā=
nis gratiaz non conferebat cum
eſſet operatio hominis. Gratia
autem non poteſt ab homine cō
ferri. que concluſio ſic declaratur
ſicut ſup̄ dictū eſt. Tota doctri=
na et operatio Johannis ꝑ̄para=
toria erat ad xp̄m. ſm illd̄ Johā
nis p̊mo. Gratia et veritas p ihe
ſum facta eſt. et ideo baptiſmus
Johannis gratiam non confera
bat. ſed ſolum ad gratiam ꝑ̄para
bat. Et hoc tripliciter. vno q̊dez
modo per doctrinam Johannis
inducentem hominē ad fidē chri
ſti. Alio modo aſſuefaciendo ho
mies ad ritū baptiſmi xp̄i. Tertio
mō pē penitentiam ꝑ̄parando ho
mines ad ſuſcipienduz baptiſmū
chriſti. Ad rationes in oppo=
ſitum Ad p̊mam reſpondetur iu=
xta gloſam. ꝙ auctoritas ſic ex=
ponenda eſt. vt referatur ad ba=
ptiſmata diuerſa. hoc modo erat
Johannes baptizans. ſcz baptiſ
mate ſuo et p̄dicans ſcilicet bap
tiſmum chriſti. qui eſt in remiſſi=
onem peccatoꝝ. Si autem refe=
ratur vtrumqꝫ ad baptiſmum io=
hannis. tunc dicitur p̄dicare bap
tiſmum in remiſſionem peccato=
rum. Non ideo. quia hoc ipſe per
ficeret. ſed quia ad hoc imponen
do dignos fructꝰ penitentie age
re diſponebat et ꝑ̄parabat. Ad
ſecundam reſpondetur negando
conſequentiam. Et ratio eſt. q̊a
confeſſio illa peccatorum non fie
bat ad remiſſionem peccatorum
ſtatim p baptiſmū Johānis ex=
hibendam. ſed conſequendam pē
penitentiam conſequentem ⁊ ba
ptiſmum chriſti ad quem peni=
tentia illa ꝑ̄parabat. Ad ter=
tiam reſpondetur negando conſe
quentiam Et ratio eſt. quia quā
uis baptiſmus Johannis magis
conueniret cum baptiſmo chri=
ſti q̄ꝫ circumciſio quantuꝫ ad ma=
teriam. non tamen conueniebat
magis quo ad cauſam inſtitutio=
nis quia circumciſio inſtituta fu=
it in remedium contra originale
peccatum. baptiſmus autem Jo
hannis non erat ad hoc inſtitu=
tus. ſed ſoluz erat ꝑ̄parationis ad
baptiſmum chriſti. vt dictū eſt.
Sacramenta autem ex vi ſue in=
ſtitutionis ſuum habent effectū.

Ad quartam reſpondetur ne=
gando conſequentiam Et ratio ē
quia licet baptiſmus Johannis
interius non pugnaret. non tam̄
erat inutilis. quia inſtruebat ⁊ p̄
parabat ad baptiſmum chriſti. d̄
cuius vtilitate dictum eſt in ra=
tione ad p̊mum argumentum. et
tantum de hac queſtione.

Sequitur de vigilia
natiuitatis chriſti.

N Vigilia natiui=
tatis chriſti euan=
gelium eſt. In illo
tempore. Cum eſſz
deſponſata mater
Jheſu ⁊c̄. Math. p̊mo. Circa qd̄
multe queſtiones diſputande ve=
nirent. inter quas hee ſūt que ſe
quuntur. Prima. Vtrum chri=
ſtus debuit de virgine deſponſa=
ta concipi. Secūda. Vtrum in=
ter Mariam et Joſeph fuit per
fectum matrimonium. Tertia
Vtrum predictum matrimoniuz
fuit aliquando conſumatum.
Quarta. Vtrum xp̄us ſit dicēdus
conceptus de ſpūſancto.

D p̊mam queſtionē q̃ q̄
ritur. Vtrum fuit conue=
niens ꝙ xp̄us de virgi=
ne deſponſata cōciperet. procedit

ſic· et videẗ ꝙ non. Primo ſic.
Deſpōſatio ad carnalē copulam
ordinatur· ſed mr̄ dei nūꝗ̄ voluit
carnali viri vti copula· qꝛ hoc dꝫ
rogat virginitati mētis ipius· gͦ
non debuit eſſe deſponſata. Se=
cūdo ſic· qꝛ xp̄s ex virgine naſce=
retur miraculū fuit· vt patet· et ē
dictū Auguſtini in ep̄la ad Vo
luſianū· ſed miracula q̄ fuit ad cō
firmationē fidei debent eſſe mani=
feſta· cū gͦ p deſponſationē hoc
miraculum fuit obumbratum · vi
detur nō fuiſſe cōuenıēs ꝙ xp̄us
de deſponſata naſcereẗ. Tertio
ſic· Cauſa q̄ aſſignatur ab aliqui
bus deſponſatiōis beate Marie
ē· ſcꝫ vt ptus celareẗ diabolo dū
eū putat nō de virgine ſed de vxo
re generatū nulla eſſe videẗ· tn̄ qꝛ
diabolus ea que fiūt corpalit̃ pē
ſpicacitate ſenſus cognoſcit · tū
qꝛ p multa euidentia ſig̃ poſtmo=
dū demones aliqualiter xp̄m co=
gnouerunt· Vn̄ dꝫ Marci ·pͦ· ꝙ
hō ſpū imūdo plen⁹ exclamauit
dicens · Quid tibi et nobis iheſu
nazarene · veniſti pdere nos· ſcio
ꝙ ſis ſanctus dei· nō gͦ videẗ cō
uenıēs fuiſſe ꝙ mr̄ fuiſſꝫ deſpōſa
ta. Quarto · Nec rō aſſignata a
Jero· videẗ valere in q̄ dicit Ne
ſcꝫ lapidareẗ mr̄ dei a iudeis ſicͭ
adultera· qꝛ ſi nō fuiſſet deſpōſa=
ta nō poſſet d' adulterio cōdemna
ri et ita nō videẗ rōnabile ꝙ xp̄s
de deſponſata naſcereẗ. In oppo
ſitū eſt euangeliū pn̄s. Rn̄deo
dicendū ſub iſta cōcluſione· ꝙ cō
uenıēs fuit xp̄m de deſponſata vͥ
gine cōcipi et naſci· ptꝫ cōcluſio·
Luce pͦ· Miſſus ē angelus Ga
briel ad virginē deſpōſataꝫ viro
cui nomē Joſeph· Iſta aūt cō ue
nientia colligiẗ ex multiplici ca=
pite· tū ꝓpter xp̄m. tū ꝓpter ma
trem· tū ꝓpter nos· Proptē xp̄m
quadruplici rōne. Prima q̄deꝫ ne
ab infidelibus tanꝗ̄ illegittime
natus abijcereẗ· Et ē rō Ambro
ſ(uper) ſup Lucā. Secūda · vt cōſueto
mō ei⁹ genealogia p viꝝ deſcribe
reẗ· vt dicit Ambroſius vbi ſup̄·
Tertia ad tutelam pueri nati ne
diabolus cōtra eū vehemēti⁹ no
cumēta ꝓcuraſſet. et iō Ignati⁹
dicit ipam fuiſſe deſponſatā vt pͣ
tus ei⁹ celareẗ diabolo· Quarta·
vt a ioſeph nutrireẗ· Vn̄ pr̄ eius
dictus ē nutrici⁹ · Fuit etiā cōu ei
ens ex pte virginis· Primo q̄dem
qꝛ p hoc reddit imuis a pena ne
ſcꝫ lapidareẗ vt Jero· dicͭ· Secū=
do vt p hoc ab infamia liberare=
tur· vn̄ Ambro· ſup Lucā dicͭ · ꝙ
deſpōſata ē· ne intemerate virgi
nitati adduceręẗ infamia· cui g̃=
uis aluus corruptele inſigne pre
ferre videreẗ. Tertio vt ei a Jo=
ſeph miſteriū exhibereẗ vt Jero
nim⁹ dicit· Ex pte etiam nr̄a hoc
fuit cōuenıēs . Primo q̄dē· eo ꝙ
teſtimonio ioſeph cōprobatuꝫ ē
xp̄m ex virgine natū vt dicͭ Am
bro· ſup Lucā· Secūdo· qꝛ ipa ver
ba virginis magis credibilia red
danẗ ſuā virginitatē aſſerētis vt
ait Amb̄· ſup Lucaꝫ. Tertio· q̄a
p hoc deſignaẗ vniuerſal' eccl'ia
q̄ cū virgo deſpōſatā ſit. tn̄ ē vni
viro ſcꝫ xp̄o· vt Auguſtinus di=
cit in libro de ſancta virginitate·

Quarto· qꝛ ꝙ mr̄ dn̄i fuit deſpon
ſata ⁊ vͥgo· i pſona ipius et virgi
nitas et mr̄iomū honoraẗ· cōtra
hereticos alteri hoꝝ detrahētes
Ad rationes in oppoſitū Ad pͥ
mam reſpondetur negando conſe
quentiam Et rō ē· qꝛ licet deſpō=
ſatio regularit̃ ad carnaleꝫ copu
lam ordinaẗ· beata tn̄ virgo ma
ria ex familiari iſtīctu ſpūſſan=
cti credenda ē deſponſari voluiſ=
ſe· cōfidens de diuino auxilio qđ
nūꝗ̄ ad copulam carnalē pueni=
ret· hoc tn̄ diuino cōmiſit arbi=
trio vnde in nulla paſſa eſt virgi
nitatis detrimentū. Ad ſecūdā
rn̄detur negando ↄn̄am Et ad ꝓ
bationē cū dicitur· ꝙ miracula.
Rn̄detur ꝙ miraculoꝝ dei quedā
ſunt de quibus ē fides ſicͭ miracu
lum virginei ptus· et reſurrectō
nis dn̄i· et etiā ſacramenti altaris
et ideo voluit dn̄s iſta occultiora
eſſe vt fides coꝝ magis merito=
ria eſſet· quedam vero miracula
ſunt ad fidei cōprobationē. vt mi
racula que xp̄us illuminando ce=
cos et alias infirmitates ſanādo
ad cōprobationeꝫ ſue diuinitatis
fecit et iſta dicūtur eſſe manife=
ſta Partus aūt virginis de pͥmo
genere miraculoꝝ eſt. nō de ſecū
do et iō nō ꝓcedit rō. Ad terti
am rn̄detur ꝙ rō illa Ignatij bo
na eſt· Et ad ꝓbationem ꝙ non
Rn̄detur iuxta Auguſtinū· iij· de
trinitate· ꝙ diabolus multa pōt
virtute ſue nature a q̄bus tn̄ pro
hibetur vͥtute diuina· et hoc mō
pōt dici ꝙ virtute ſue nature dia
bolus poterat matreꝫ dei cogno
ſcere non fuiſſe corruptā ſed vͥgi=
nem· ꝓhibebaẗ tn̄ a deo cogno=
ſcere modū ptus diuini · Qđ aūt
poſtmodū xp̄m aliq̄liter cogno=
uit diabolus eſſe filiuꝫ dei · nō ob
ſtat· quia tempus erat vt xp̄s ſu
am virtutem contra diabolū oн̄=
deret et pſecutionem ab eo conci
tatam pateretur . ſed in infantia
oportebat impedire maliciā dia=
boli ne eū acrius pſequereẗ quā
do xp̄us nec pati diſpoſuerat nec
virtutem ſuam oн̄dere. ſed in om
bus alijs infantibus ſe ſimilē ex=
hibebat. Vnde Leo papa in ſer=
mone epiphanie dicit· ꝙ magi i=
uenerunt pueꝝ iheſuꝫ q̄ꝫtitate pͣ=
uum alieni operis indigentē· fan
di impotentem et nulla ab hūa=
na infantie generalitate diſcretū
Ad quartaꝫ reſpondetur ꝙ ra=
tio non ꝓcedit· quia iudiciū adul
terarū lapidabatur ſm legē non
ſm illa que iam erat deſponſata
vel nupta· ſed etiam illa q̄ in do=
mo patris cuſtodiebaẗ vt virgo
qn̄qꝫ nuptura· vt colligiẗ Deu=
tro. xxij· quidam referūt dc̄m Je
ronimi ad lapidationem infamie

D ſecūdam queſtionem
qua queritur· Vtrum in
ter Mariam et Joſeph
fuit perfectuꝫ matrimoniū· ſic ꝓ
ceditur. Et videtur ꝙ non· Pri=
mo ſic· Dicit enim Jheronimus
cōtra Elidium ꝙ Joſeph Ma=
rie cuſtos fuit potius q̄ꝫ maritus·
Sed ſi fuit verum matrimonium
vere Joſeph maritus eius fuiſſꝫ
ergo videtur ꝙ non fuit verū ma
trimonium inter mariā ⁊ ioſeph
Secūdo ſic ex pte cāe· Conſenſus
em̄ ſimplex et abſolutus cauſat

mr̄iomiū ſimpliciter·nō aūt cōſen
ſus cōditionatus.ſed ꝯſenſus be
ate virginis fuit cōditionatꝰ· g°
nō cauſabat mr̄iomiū ſimpl̄r·ꝫ ſe
cūdū quid et ita impfectū· Ter
tio ſic ex pte bone fidei· aliud eſt
votū caſtitatis abſolutū·et aliud
eſt fidei thori· Votū em̄ abſolu=
tū cuſtodit caſtitatē abſolute ab
omni viro et in omni hora·ſed fi
des thori nec ab omni hora nec
ab omni viro nec abſolute ꝫ ma
rito cuſtodit.ꝫ hec cuſtodia non
fuit in beata virgine·g° ſuū mr̄i=
moniū ꝙtū ad fidē thori fuit ipē
fectū· Quarto ſic ex pte boni ꝓ
lis· Proles ñ fuit ꝓcreata a mr̄i
monio·ergo nō fuit bonū eiꝰ mr̄i
moniū·g° nō accepit ab eo aliq̄
pfectionē· Quinto ſic ex pte bo
ni ſacramēti·Perfectū em̄ mr̄io=
niū in bono ſacramēti ē pfectū i
ſig̊ficando·ꝫ iſtud mr̄iomiū beate
virginis ē impfectū in ſig̊ficando
g° ē impfectū rōe ſacramēti· Se
xto ex indiuiduitate vite q̄ ē cau=
ſa mr̄ionij ſic arguit̄· Beata vir=
go et ioſeph nūq̄ pfecte hūerūt
illā·g° habetur ꝓpoſitū· ꝓbatur
aſſumptū.qꝛ vnitas aīoꝝ ordina
tur ad vnitatē corpum· finis aūt
ē in oībus cōpletiuū· cū g° nūq̄
fuerint vnū·vnitate corpum·nū=
q̄ fuerīt pfecte vnū·g° nūq̄ hūe
runt pfecte indiuiduitatem· In
oppoſitū ē euangeliū pn̄s· i q̊ ait
angelus ad ioſeph·Noli timere
accipe cōiugē tuā ꝫ nō dicunt̄ cō
iuges niſi ex q̊ pfectū ē mr̄iomiū
inter eos·g° ⁊c̄· Reſpondeo di=
cendū ꝙ matrimoniū qđ fuit int̄
beatā mariā et ioſeph fuit veꝝ ⁊

pfectū· Iſta cōcluſio ptꝫ in·cap̄·
Beata maria·et multis ſequēti=
bus.ij·q.ij·Rōne ꝓbat̄ ſic· Dr̄
Deut° ·xxxij·Dei pfecta ſūt opa
ergo ꝑcipue illa ſunt pfc̄a q̄ fac̄
circa ſe ⁊ ſuos·ꝫ illud mr̄iomiū fe
cit circa mr̄em ſuā·fuit em̄ illi di
uinitus reuelatū·g° mr̄imoniū il=
lud pfectū ·Pro cuiꝰ declaratiōe
ē notādū iuxta ſanctū thō·ꝙ du a.3.p.vbi
plex ē rei pfectio· Prima et ſcd̕a
Prima q̄dē pfectio in ip̄a rei for
ma cōſiſtit ex q̄ ſpēm ſortit̄· Se=
cūda pfectio cōſiſtit in opatione
rei·p quā res aliq̄liter finē ſuū at
tingit· Forma aūt mr̄imonij con=
ſiſtit in q̄daꝫ indiuiſibili cōiuncti
one aīoꝝ·p quā vnꝰ cōiugū indi
uiſibiliter alteri fidē ſeruare tene
tur· Finis aūt mr̄ionij ē ꝓles ge=
nerenda et educāda· ad q̄ꝝ p̊mā
puenit̄ p cōcubitū cōiugalē· ad
ſcd̕am p alia opa viri et vxoris q̊
bus ſibi inuiceꝫ obſequunt̄ ad ꝓ
lem nutriēdā· Sic ergo dicendū ē
ꝙ mr̄iomiū int̄ beatā v̊ginē ⁊ io=
ſeph ꝙtū ad p̊mā pfectonē om=
nino veꝝ fuit et pfectū·qꝛ vtēqꝫ
cōſenſit in copulā cōiugalē· non
aūt expſſe in copulā carnaleꝫ niſi
ſub cōditione ſi deo placeret·Vn̄
angelus vocat eā cōiugē Ma=
thei p°·d·ad ioſeph·Noli time=
re accipe cōiugē tuā·qđ expōnēs
augꝰ·li·de nup.et cōcupiſ.dicit.
Cōiux vocat̄ ex p̊ma deſpōſatōis
fide quā i cōcubitu nec cognoue=
rat nec fuerat cog̊tura·ꝙtū vero
ad ſcd̕aꝫ pfectionē q̄ ē p actū ma
trimonij ſi hoc referat̄ ad carna=
lē cōcubitū per quā ꝓles genera
tur·nō fuit mr̄iomiū illud pfectū·

Habuit tñ illud mr̄imoniū etiā ſe
cūdā pfectōꝫ ꝙtū ad ꝓliſ educa
tiōeꝫ·vn̄ Augꝰ dic̄ in li·de nup·
⁊ cōcupiſcētia· nuptiaꝝ bonū im
pletū ē i illis parentibꝰ xp̄i.ꝓleſ
fides.⁊ ſacr̄m· Prolem cognoſca
mus ip̄m dn̄m ih̄m xp̄m. Fidem·
qꝛ nullū adulteriū ſacr̄m·qꝛ nul=
lū diuortiū.ſolus ibi nuptial' cō=
cubitus nō fuit· Concordāt oīs
doctores· Ad rōes in oppoſituꝫ
Ad p̊mā rn̄det̄·ꝙ Iero· accipit
ibi maritū ab actu mr̄imonij con
ſumati·et ſic v̊m ē· ꝙ ioſeph nō
fuit maritꝰ· Ad ſcd̕am rn̄detur
negando miorē·dicimꝰ em̄ ꝙ cō=
ſenſus beate v̊ginis fuit ꝯſenſus
abſolutuſ·abſolute em̄ ꝯſenſit in
mr̄imoniū diuinitꝰ certificata de
ip̄ius ſancti ioſeph cōtinentia·et
ip̄a de ſe certa erat q̄ nullū caris
ſtimulū ſentiebat·ꝫ in mr̄imoni=
um ſic cōſentiēs·v̊ginitatē ſuam
deo cōmiſiſſe d̕r· Ad tertiā rn̄=
detur negādo ꝯn̄aꝫ Et rō ē·qꝛ li=
cet cuſtodia caſtitatis thori non
fuit in beata v̊gine.fuit tñ cuſto=
dia caſtitatis abſolute·Nā vt di
cit Albertꝰ magnꝰ· Fides cuſto=
dit caſtitatē ꝓpt̄ ſe et exhibet ſe
mr̄imonialiter cōiuncto ꝓpt̄ ifir=
mitatē vel bonū ꝓlis·Vn̄ exhi=
bet ſe ꝓpter aliud·ꝫ cuſtodia ca=
ſtitatis ē ſic p ſe deſideratū·⁊ ido
in p̊mo ē pfectio bone fidei nō in
ſecūdo· Ad q̄rtam rn̄det̄ negan
do ꝯn̄am Et rō eſt ſm̄ ſcm̄ Tho·
et Alb·magnū·qꝛ ꝓles nō ē bo
nū mr̄imonij ſolū inq̄tū p matri
moniū genera t̄·ſed inq̄tū i mr̄i=
monio ſuſcipit̄ et aducat̄·⁊ ſic bo

nū illiꝰ mr̄imonij fuit ꝓles illa·ſ·
xp̄s·qui pietate pentū nutritus
et educatus·⁊ in templo pn̄tatꝰ
coram dn̄o·nō aūt p̊mo mō·quia
non ex mr̄iomio natus ſed ex ſpū=
ſancto· Ad quintā rn̄det̄ ſcꝫ ne
gando ꝯn̄am·qm̄ nō ē de eſſentia
ſacramēti q̊ ad p̊mā eiꝰ pfectiōꝫ
plena illa ſig̊ficatio xp̄i et eccl'ie
et hūane nat̄e cū diuina pſona ꝫ
illa ē de eſſentia ſcd̕e pfectiōis·ſ·
mr̄imonij cōſumati·et iō rō nō ꝓ
cedit· Ad ſextam rn̄det̄ negādo
minorē Et rō eſt·qꝛ vt dicit ma=
gnꝰ Alb·Nulla vnio ē eſſential'
mr̄iomio niſi marital'in ꝯſenſu ai
moꝝ fundata. Illa aūt q̄ ē carniſ
eſt cōſequēs ip̄am. et iō p̊ma nō
ordinat̄ ad illā ſic̄ ad eſſentiale.
ſed ſic̄ ad effectū q̊ pōt ſeq̊ ſi vo=
lūt cōiuges·et ita argumētū fal
ſū p̄ſuppoit ⁊ p ꝯn̄s non ꝓcedit·
D tertiā queſtiōem q̄ q̄rit̄· 3.p.q.28.ar.3.
Vtrū mr̄iomiū illud int̄ ma
riaꝫ et ioſeph fuit aliq̄n cō
ſumatū·ꝓcedit̄ ſic·et videt̄ ꝙ ſic
ex pn̄ti euangelio· Primo ex il
lo vbi d̕r· Anq̄ cōuenirēt inuen
ta ē in vtero hn̄s de ſpūſcō· non
aūt euāgeliſta hoc diceꝛꝫ niſi cer
tus eſſꝫ de cōuenturis·g° videtur
ꝙ beata v̊go q̄nqꝫ cōueit carna=
li copula cū ioſeph· et ita conſu=
maſſet mr̄iomiū· Secūdo argui
tur idē ex illo qđ ſubdit̄ in euan=
gelio·q̊d ait angelus ad ioſeph
Accipe mariā cōiugē tuā·Cōiu
giū aūt cōſumat̄ p carnalē copu
lam·g° q̄nqꝫ carnalis copula in=
teruenit inter beatā mariā et io=
ſeph·⁊ ita mr̄iomiū fuit ꝯſumatū

Tertio idem arguitur et ex eo
qđ ibidez poſt pauca ſubdiť ſcʒ.
Matħ. p°. Joſeph accepit con=
iugem ſuam et non cognoſcebat
eam donec peperit filiū ſuū ṗmo
genitum. hoc autem aduerbium
donec. conſueuit determinatū tē=
pus deſignare. quo completo fi=
at id qđ vſqʒ ad illud temp⁹ nō
fiebat. Verbum autem cognoſcē
di ad coitum refērtur ſicut Geñ.
iiij. dicitur. Adam cognouit vxo=
rem ſuam Et videtur ꝙ poſt ꝑtū
beata Maria fuit a ioſeph cog=
ta. et ita videtur matrimoniū cō=
ſumatum. Quarto idem arguiť
ex illo verbo ṗmogenitum. Pri=
mum em̄ dicitur reſpectu ſecūdi.
et ita ṗmogenitus nō pōt dici ni
ſi qui habet fratres ſubſequen=
tes. ſed xp̄us in auctoritate indu
cta Mathei p°. dicitur. ṗmoge=
nitus filius virginis. ergo poſt ṗ
mum habuit alium. ergo p⁹ xp̄i
natiuitatem matrimoniū fuit con
ſumatum. In oppoſituʒ eſt illud
qđ habetur Ezecħ. xliiij. Porta
hec clauſa erit et non aperietur
et vir non ꝑtrāſibit ꝑ eam. qm̄ do
minus deus iſrael ingreſſus ē ꝑ
eam. qđ exponens Aug⁹. in quo
daʒ ſermone diť. Quid eſt porta ī
domo domini clauſa. niſi ꝙ Ma=
ria ſemꝑ erit intacta. et quid eſt
homo non tranſibit ꝑ eaʒ. niſi ꝙ
Joſeph nō cognoſcet eam. ⁊ qđ
eſt ꝙ dn̄s ſolus intrat et egredi=
tur ꝑ eam. niſi ꝙ ſpūſſanctus im
pregnabit eam. et angeloꝝ dn̄s
naſcetur ꝑ eam. et quid eſt ꝙ do
mus clauſa erit in eternū. niſi ꝙ
Maria virgo eſt ante ꝑtum. ī ꝑ=
tu. et virgo poſt ꝑtum. Reſpon
deo dicendum ſub iſta concluſio=
ne ꝙ matrimonium inter beataʒ
Mariam et Joſeph nūꝙ̄ fuit cō
ſumatum quoniaʒ beatiſſima ma=
ter xp̄i fuit virgo ante ꝑtū. ī par=
tu. et poſt ꝑtum virgo in eternū
permanſit. Vnde deteſtandi ſunt
errores iudeoꝝ et hebeonitarum
qui derogātes virginitati beate
Marie ante ꝑtum dixerunt chri=
ſtum ex ſemine Joſeph eſſe na=
tum. Et errores philoſophoꝝ q̇
virginitati eius ī ꝑtu derogabāt
dicentes nō poſſe eſſe duo corꝑa
in eodem loco. Deteſtandus eſt
etiam error Elidij. qui virginita=
ti beate Marie poſt ꝑtum dero=
gans dicere p̄ſumpſit matrē chri
ſti poſt ꝑtum a Joſeph eſſe cog=
tam et alios filios genuiſſe. Sed
iſte error irrationabilis eſt et in
ſanus ſcʒ ꝙ beata virgo mať dei
templum ſpiritusſancti opi caris
vacaret. hoc autem non pōt ca=
dere niſi in animam impiā et ſtul
tam credere tantaʒ in matrē do=
mini indignitatem. ideo erroneuʒ
eſt et ꝑnitioſum. Vnde et domi=
nus in morte iſtum errorē euacu=
auit. qn̄ eam btō Johāni cōmen
dauit et dedit ſibi ī ſolatiū loco fi
lij. vt quid dediſſet ſi filios hūiſſʒ.
Ad rationes in oppoſitū Ad ṗ
mam de verbo anteꝙ̄ reſpondeť
ꝙ ratio non ꝓcedit quia hec ꝑ=
poſitio ante non ſemꝑ denotat or
dinem ad illud qđ futuꝝ ē ſm rei
veritatem. ſed qn̄qʒ ad illđ qđ fu
turum ſperatur ſm cōmuneʒ cur=
ſum ſicut cū dicitur. anteꝙ̄ habe
ret. xx. annos mortuus eſt. ⁊ ſic ē
in ꝓpoſito. Ad ſecūdam reſpō
detur negando conſequentiaʒ et
ratio eſt. quia nos dicim⁹ ꝙ con=
iugium licet fuerit ꝑfectū ꝑfe=
ctione ṗma. non tn̄ fuit conſuma
tū qđ ꝑtinet ad ꝑfectionē ſecūdā
Ad tertiam reſpondetur negā=
do conſequentiam Et diciť ꝙ ly
donec qn̄qʒ deſignat certū tēpus
ſm illud Gal. iij. Propter tranſ=
greſſionem lex poſita ē donec ve=
niret ſemen qđ promiſerat. Qn̄=
qʒ vero ſignat infinitū temp⁹. ſe
cūdū illđ p̄s. Dixit dn̄s dn̄o meo
ſede a dextris meis. Donec ponā
inimicos tuos ⁊c̄. ⁊ ſm illud p̄s.
Oculi noſtri ſemꝑ ad dn̄m donec
miſereatur noſtri. Ex q̊ non eſt i=
telligendū ꝙ poſt impetratā mi
ſericordiam oculi noſtri auertan=
tur a deo. et ſic eſt hic. Ad q̄r=
tam r̄ndetur negādo conſequenti
am Et rō eſt. qr ṗmogenit⁹ hic
ṗuat ordinē ad anteri⁹. nō ponit
ordinē ad poſterius. Ideo dn̄s ṗ=
mogenitus appellať qr ſm legeʒ
erat offerend⁹. Idem vero dr ꝙ
hūerit frēs. dicendū ꝙ frēs vo=
cantur ibi ꝓpinqui in ſecūdo vel
tertio gradu.

D q̄rtaʒ queſtionē q̄ q̄ri
tur. Vtrum xp̄s dicendus
ſit cōceptus de ſpūſancto. ſic ꝓce
ditur Et videtur ꝙ nō. Primo
ſic. Hec ꝑpoſitio de denotat cōſb=
ſtantialitatem. Vn̄ non dicimus
aliquid de aliq̊ niſi de ſubſtantia
eius ſit. Dicimus em̄ filiū eſſe de
patre. non autem celū et terram
de deo. ſed xp̄s ſm hoiem non eſt
conſubſtantialis ſpūiſancto. g° n̄
debet dici de ſpūſancto nat⁹. Se
cūdo ſic. Spūſſanctus caritas eſt
et donū. ſed non conuenienter di=
citur conceptus a caritate vel do
no. ergo nec de ſpūſancto dʒ dici
conceptus. Tertio ſic. Efficere
cōceptionē xp̄i nō debet attribui
ſpūiſancto. g° ⁊c̄. cōſequentia pʒ
an̄cedens ꝓbať. qr vt dicit aug⁹.
in ṗmo de trinitate. Indiuiſa ſūt
opera trinitatis. ſicut indiuiſa eſt
eſſentia trinitatis ſed efficere cō=
ceptionem xp̄i eſt q̊ddam op⁹ di
uinū. ergo videtur ꝙ nō ſit ma=
gis attribuēdū ſpūiſancto ꝙ̄ p̄ri
aut filio. Quarto ſic. Si cōceptō
xp̄i attribuēda ē ſpūiſācto vt ṗn
cipio eius. ſeq̇tur ꝙ ſit pater xp̄i
dicendus ſm hūanitatē. ſed hoc
non eſt veꝝ. Dicit em̄ Aug⁹ in
enchiridion. Natus ē xp̄us de ſpi
rituſancto nō ſiť filius. cōſequē=
tia tn̄ ꝓbatur ſic ſm pħm li. de
generatione animaliū. Pater di
cit ṗncipiū actiuū in generatiōe
mater vero miniſtrat materiam
ſed beata maria dr mr̄ xp̄i ꝓpter
materiā quā in cōceptiōe ei⁹ mi=
niſtrauit. g° ſpūſſanctus pōt di=
ci pater ei⁹. ſi dicať ꝙ fuerit ṗn=
piū actiuū in cōceptione eius.
In oppoſitū arguiť ex p̄nti euan
gelio. Reſpondeo dicenduʒ ſub
iſta concluſione ꝙ conuenienter
dicitur xp̄us conceptus de ſpiritu
ſancto. Patet iſta concluſio. q̇a
conceptioneʒ ꝙ̄uis tota trinitas
operata ſit. attribuitur tamen ſpi
rituiſancto triplici ratione.

Primo quidem·quia hoc congru
it cauſe incarnationis que conſi=
deratur ex pte dei. Spiritus enim
ſanctus eſt amor patris et filij.
hoc autem ex maximo amore dei
ꝓuenit vt filius ſibi carnem aſſu
meret in vtero virginali·Vñ di=
citur Johan·iij. Sic deus dilexit
mundum vt filium ſuũ daret·Se
cũdo quia hoc congruit cauſe in
carnationis ex parte nature aſſũ=
pte·per hoc datur itelligi ꝙ na=
tura humana aſſumpta ẽ a filio
in vnitate perſone non ex aliqb⁹
meritis ſed ex ſola dei gratia que
ſpirituiſancto attribuitur. Ter=
tio·ꝙ hoc congruit termino in=
carnationis·ad hoc enim termia=
ta eſt incarnatõ vt homo ille qui
aſſumebatur eſſet ſanctus et fili⁹
dei·vtrũqꝫ autem hoc appropria=
tur ſpirituiſancto·Nam per ipm
efficiũtur homines filij dei·ſm il
lud Gal'·iiij. Qm̃ eſtis filij dei·mi
ſit deus ſpm̃ filij ſui in corda ve=
ſtra clamantem/abba pater·ip
ſe etiam eſt ſpũs ſanctificationis
vt dicitur ad Roma·pmo· Sic er
go alij per ſpm̃ſanctum ſanſtifi=
cantur ſpũaliter vt ſint filij dei ad
optiui. ita xp̄us p ſpm̃ſanctum ẽ
in ſanctitate conceptus·vt eſſꝫ fi
lius dei naturalis· Vnde angel⁹
poſtq̃ꝫ pmiſerat·ſpũſſanctus ſup
ueniet in te·cõcludit·Ideoqꝫ qꝺ
naſcetur ex te ſanctũ vocabitur fi
lius dei· Ad rationes in oppoſi=
tum. Ad pmam reſpondetur ꝙ
ly de largo modo accipitur ꝓ ex·
quia em̃ corpus xp̄i nõ eſt cõſub
ſtantiale ſpirituiſancto·non pro=
prie poteſt dici conceptũ de ſpiri=
tuſancto·ſed magis ex ſpiritusan
cto·Et ratio eſt· q2 qꝺ ex aliquo
eſt·aut eſt ex ſubſtantia aut po=
teſtate eius·ex ſubſtana ſicut fi=
li⁹ q a pr̃e ẽ·ex poteſtate· ſic ex
deo ſunt omnia quõ etiam in vte
ro habuit maria ex ſpirituſãcto·
Ad ſecũdam reſpondetur negã
do conſequentiam Et ratio ẽ·qa
licet ſpiritusſanctus ſit caritas et
donum·tamen nomie caritatis et
doni non ſignificatur vt perſona
ſubſiſtens cuius eſt agere. et iõ
non poteſt dici conceptus de ca=
ritate vel dono·vt ly de dicat ha
bitudinem cauſe efficientis· Ad
tertiam reſpondetur negãdo aſ=
ſumptum et ad ꝓbationem rñde=
tur·ꝙ licet opus conceptiõis cor
poris chriſti ſit cõmune toti trini
tati·ſm modum tamen aliqꝺ at=
tribuitur ſingulis perſonis·Naꝫ
patri attribuitur auctoritas.eti=
am ratione pſone filij qui pẽ hu=
iuſmodi conceptionem carnem ſi
bi aſſumpſit·Filio attribuitur ip
ſa carnis aſſumptio·ſed ſpũiſan=
cto attribuitur formatio corpo=
ris·qꝺ aſſumitur a filio· Naꝫ ſpi
ritusſanctus dr̃ eſt ſpiritus filij·
Gal'·iiij·Miſit deus ſpm̃ filij ſui·
Sicut autem virtus anime que
eſt in ſemine p ſpm̃ qui eſt in ſe=
mine incluſus format corpus in
generatione alioꝝ hominũ.ita v
tus dei que eſt ipſe filius dei·ſm
illud·i. Cor·p°. xp̄m dei virtuteꝫ
per ſpm̃ſanctũ formauit corpus
ſuum qꝺ aſſumpſit·Hoc etiã ver
ba angeli demonſtrant dicentis·
Spiritusſanctus ſuperueniet in te·
quaſi ad ꝑparandam et formãdũ
materiam corpis xp̄i· Ad quar=
tam reſpondetur negando conſe
quentiam·nam chriſtus non ẽ fi=
lius ſpũſſancti·nec etiam trinita=
tis·ſed tantum dei patris. hoc pa
tet·tum pmo quia nomina pater
nitatis maternitatis ⁊ filiationis
generationem ſequũtur nõ quã
libet tamen·ſed in ſolis animali=
bus in quibus eſt generatio pfe=
cta, nec tamen omne quod in ani
malibus generatur filiationis no
men accepit·ſed ſolũ illud qꝺ ge
neratur in ſimilitudinem generã=
tis·et ſic ſi ſit pfecta ſimilitudo
erit perfecta filiatio·Si aũt ſit ſi=
militudo imperfecta eſt etiam fi=
liatio imperfecta·ſed xp̄us non ẽ
conceptus de ſpirituſancto ſm ſi
militudinem ſpecieꝝ·ſicut homo
naſcitur de patre ſuo·ergo chri=
ſtus non poteſt dici filius ſpiritus
